[illegible] annos et manna cibaui te et intro
duxi in terram satis optimam parasti
crucem saluatori tuo. Agyos otheos

Quid ultra debui facere tibi et non
feci. ego quidem plantaui te uine
am meam speciosissimam et tu facta es mi
chi nimis amara aceto namque sitim
meam potasti et lancea perforasti latus sal
uatori tuo. Agyos o. Sanctus deus.

Item sacerdos portat crucem non
dum detectam. Ad locum crucis spatium
ad quem sacerdos accedens aufert uelamen
et incipit alta uoce Antiphonam. Ecce lignum fle
xione clericis respondentibus cum longa ne

Ecce lignum crucis [in quo] nostra salus ma
ndi [illegible] pendit. Uenite adoremus

passione et dum finitus est [illegible]
tantum euangelium [illegible]

In alia passione cantatur silentium ali[illegible]
us duos presbiteri cum oratione que dicitur ad sal[illegible]
In tertia passione cantent reliquos duos p[illegible]
cum oratione que dicitur ad sal. crucem. Item tres sacerdos sol[illegible]
pedes diaconus et alius et psalmistas postquam accedit
alius sedem ordine suum ministri et alii omnes [illegible]

D[illegible]um fabulam [illegible] initio sibi iungit anthropo[illegible]
tor mundi mortis supplicium [illegible]
tur. inclinato clamans uoce magna [illegible]
dit spiritum et ecce uelum templi [illegible]
monumenta aperta sunt terre motus [illegible]
factus est magnus quia mortem [illegible]
[illegible]


23

Bibliographie der Lauinger Drucke, in
Archiv für Gesch. des Buchwesens
VIII (1967) col 1552
(2 copies – Dresden Stuttgart)

5339

First ed in German in 1499
Hain 5161 Dorgeulen 1007
Panzer II-637 Vinet 732
Copy in Spencer Coll

259



DE NVPTIIS ILLVSTRIS AC GENEROSI DOMINI, DOM. IOHANNIS GEORGII, COMITIS A ZOLLERN,

Serenissimi vtriusque Bauariæ Ducis, Maxæmiliani, Consiliarij, &c. Illustris & Generosi Domini, Dom. ITALO FRIDERICI, Comitis à Zollern, Sigmaringen & Veringen, Domini in Haigerloch & wehrstain: Romani Imperij Cubicularij hæreditarij: Sacræ Cæs. Maiestatis Consiliarij intimi, &c. FILII vnicè dilecti: Dominorum suorum clementissimorum;

CVM ILLVSTRI ET GENEROSA DOMINA, DO. FRANCISCA: ILLVSTRIS

& Generosi Domini, Dom. Friderici Vvild, Comitis in Thaumb & Kyrburg, Comitis Rhenensis in Stain, Comitis à Salm, & Domini in Vinstingen, &c. FILIA:



CELEBRATIS HECHINGÆ XI. OCTObris, Anno Salutis M. D. IIC.

LIBRI SEPTEM, VERSV HEROICO conscripti à

M. IACOBO FRISCHLINO BAlingensi, Poëta & Historico Vvirtembergico.

Quibus inserta est Genealogia Comitum à Zollern ferè omnium, à Caroli Magni temporibus vsq; ad hanc nostram ætatem, è Chronicis & monumentis vetustissimis & approbatis delumta.



Impressi Lauingæ typis Palatinis Año M. DCI.



AD INSIGNIA
ILLVSTRIS ET GENEROSI DOMINI, DOMINI IOHANNIS GEORGII, COMITIS

à Zollern, Sigmaringen, & Veringen, Domini in Haigerloch & weh stein, Serenissimi vtriusq; Bauariæ Ducis Maximiliani Consiliarij, & Cameræ Domini, &c. Domini mei clementis.



HÆc sunt Zollerij Comitatus signa vetusti,
Scilicet à magnis arma parata viris.
Quæ Comites olim solâ virtute pararunt,
Cæsaribus quoniam sic placuêre viris.
Principio tantùm clypeus fuit ora reclusus,
Cui canis impositus ritè Molossus erat.
Sed color albus erat semper pro tempore prisco,
Et niger, in signo cernis vt ipse nigro.
Tēpore creuit honor, clypeo nunc ecce triformi
Signa micant, varijs laude decente notis.
Imperij sceptrum Maxæmilianus honore
Contulit, hos fecit Sceptrigeros comites.
Addidit auratum ceruum cognomine Quintus
Carolus, Imperij pressit vt arua sacri.

Zollerio Carlo Simaringam tradidit vrbem,
Cum clypeo, cerui signa decora sui.
Deinde Veringensis Comitatus subijcit arua,
Ut Feudum proprium, iußit habere locum.
Gratulor ergò tibi, mi Sponse beate Iohañes,
Magne George Comes, vir generose Comes.
Talibus à proauis, atauis, tritauisq́ creatus,
Et tales clypeos qui geris vsq; tuos.
Et loqueris linguam culto sermone latinam,
Quãdo voles, rhythmos Teutonicosq́ facis.
Scribis & historiam, ceu vidi, ritè politam,
Cumq́ bonis Musis tempora longa teris.
Dij te conseruent salua cum coniuge saluum,
Ut videas canos sponse beate tuos.
Et videas natos, & qui nascentur ab illis:
Post cursum vitæ cœlica regna pete.
Frischlinumq́ tuum clementi respice vultu,
Et lege de thalamo carmina scripta tuo.

Tuæ Generosæ Dominatio-
ni officiosè paratus
M. Iacobus Frischlinus, Poëta & Histori-
cus Wirtembergicus.

Liber

LIBER PRIMVS DE NVPTIIS ZOLLE-RIANIS.


E iuuat, & doctus mihi vellit Cynthius aurem,
Ducit in imensū pelagus, pia carmina poscēs:
Hinc bona mēs agitat, Geniusq; poëticꝰ vrget,
Atq; animus facilis: Comiti ꝓpensa voluntas

Apollo & totus Musarum chorus volunt interesse nuptijs Zollerianis.

ITAL FRIDRICO, veteri de stemate nato,
Zollerio Domino, prona mihi mente fauenti:
Illius illustrem, generoso à sanguine Gnatum,
Vt Sponsum, sacri ferientem fœdera lecti,
Et festum thalami festiuo carmine dicam:
Concelebrem meritis conuiuas laudibus omnes,
Quotquot ad hoc festum Comitis geniale vocati
Venerunt multis comitati ritè caballis.

Propositio.

Tu bone Christe meis feliciter annue cœptis,
Non alium poscunt fictum mea carmina Diuum,
Nec mea mens aliud, sine te, nihil inchoat altum.
Coniugij primus tu conditor, ipsius auctor,
Et fautor semper solito de more fuisti:
Ad thalami festum quondam geniale vocatus,
In Chana conuiua simul Galilæide factus,
Cum socijs et matre tua, connubia firmans,
Sex illic positos, de ritu gentis aquales
Vndis repletos vertisti in vina fluentes,
Atq; ibi fecisti miracula prima, potentis
Vera Dei soboles: qui sæpè in gaudia nostram
Tristitiam vertis: RERVM VICE VERTITVR ORDO.
Tu quoq; iunxisti primùm duo corpora in vnum,
Vt caro de carne vna foret, de coniuge coniux,

Inuocatio pia & Christiana.

Iohan. 2. cap.

Omnium rerum vicissitudo & mutatio est.

Genes. cap. 2.

Et quoq; nemo foret, qui ſeparet ordine iunctos.
(Nam conſecratos voluiſti, CHRISTE, maritos
Perpetuis vinclis vxoribus eſſe ligatos.)
Creſcite, dixiſti, repleteq́; ſemine veſtro
Immenſam terram, pedibus ſubſternite veſtris,
Quem nobis latum tribuit Deus optimus, orbem.

Gen. cap. 1.

Hoc fatum tibi Chriſte ratum manet atq; manebit
Semper: & æternum, dum mundus ſtabit, in æuum.
Hactenus & firmùm pro more ſtetiſſe videmus,
Cùm veteres Comites Zolleræ ex ordine natos
Poſſumus á priſcis numerare annalibus ortos,
Et quoq; productos á ſanguine ſemper honeſto,
Coniugij pro lege ſacri: conſeruet in annos

Votum pium.

Incolumes Deus, & plures det ſanguine natos
Zollerio Comites, priſcis Heroibus æquos:
Vt poſſint ſera de poſteritate Nepotes
Illorum Comitum præclaras dicere laudes,
Et pia facta ſequi Maiorum ritè ſuorum,
In ſpeculo tanquam cernentes ſemper honeſtam
Et benè transactam vitam, ſine labe decentem.

Hoc ſcitum & pulchrum eſt, ex alijs ſumere exemplũ, & periculum facere tibi, quod ex vſu fiet.

Nunc ad te venio, ſupplex tua numina poſco,
Inclyte ſponſe, Comes Zolleræ, Iane Georgi:
Qui ſtudijs clares, Camera & quem Boica honorat,
Maxmiliane tuis qui rebus conſulit, æquis
Stans à conſilijs, quorum nec inutilis author,
Sed valet ingenio: valet eloquioq́; potenti,
Callet iudicio, Muſarum callet et arte.

Captatio beneuolentiæ à Sponſo.

Ipſe Ingolſtadij didicit Comes impiger artes,
Ingeniumq́; bonis ornauit moribus aptum,
Et benè formauit linguam ſermone latinam:
Qui quoq; Gallorum celeres ſcit fundere voces:

Studia & exercitia Muſica Ioan. Georgij Comitis à Zolleern.

Itali-

Italicamq; tenet linguam, de more paratam
Ex vſu tantùm: Muſarum fautor & author
Plurimus: eſt fidicen, teſtudinis acris amator,
Muſica non vllis fugit inſtrumenta figuris.
Qua re ô ge Sponſe meis conatibus annue iuſtis,
Et me feſtiuo decorantem carmine tædas,
Atque tuum thalamum decoranten verſibus iſtis,
Reſpicias clemens, meliori numine ductum.
Tuque meis pariter felicibus annue votis,
Itale mi Friderice Comes: Comes inclyte, ab arcis
Zolleriæ prognate domo: quem ſanguine claro
Sigmaringa ſuum Dominum vocat alma potentem,
Atque Veringenſem Comitem locus ipſe ſalutat,
Inſuper Heigerlocha ſuum colit alta Dynaſtam,
Et Vvehrſtina vetus Dominum vocat inclyta ſedes,
Cæſarij aula ſuum quem iactitat eſſe fidelem
Conſilijs dandis, prudentem ſæpè miniſtrum.
Romani Imperij dilectum iure cubiſis,
Cuſtodem vigilem, pro Maieſtate ſerena:
Non indignanti vigilantem multa labore,
Sed pro Cæſareâ promtum omni parte paratum
Maieſtate te virum pro conditione miniſtrum.
Da mihi te facilem, Comes alto à ſanguine ducens
Progeniem, ſtirpemq; tuam de ſede vetuſtâ
Zolleriâ, vt Comites poſſim recitare priores:
Quos prima repetens cunctos ab origine pandam,
Cum factis, rebusq; ſuis cum laude peractis;
Si mihi te facilem clementi mente benignum
Præbueris Comitem FRIDERICVM, hoc fine quieſcam,
Quando ſolennes thalamos & fœdera lecti,
Gnati nempè tui celebrauero carmine noſtro,

Captatio beneuolentiæ à Sponſi parente.
Titulus Comitū à Zollern.

In-

Ingressusq́;virûm celebres, equitumq́; cateruam,
Atq;vocatorum cantauero ritè virorum
Nomina: Zollerias qui ornârunt munere tædas,
Et thalami festum, genialis pacta diei.
Et prius absoluam belli simulacra sub armis
Effictis, pugnasq́, virûm de more palæstræ,
Decursus equorũ ad orbem pensilẽ. Et varios ludos, certamina equestria Martis.
Vt quoq; certârint pensum decurrere ad orbem,
Et qui victores fuerint, quiq́; ordine victi:
Hinc canere incipiam: Tu lector amice canenti,
Captatio beneuolentiæ à lectore. Iam mihi porrectis nunc auribus atq; benignis
Adsis, Hechingâ quid nuper in vrbe vetustâ
Acciderit læti, fuerint quæ signa triumphi:
Et quales ludi: quales pro more trophæi.

DE VETVSTATE ARCIS ZOLLERIANÆ.

ARx excelsa iacet scopulo peramœna vetusto,
Firma stat, & reliquos montes supereminet altos
In valles imas, subiectaque despicit arua:
Non procul Hochbergâ iacet à ditione vetusta,
Quam tenet Imperio Cæsar nunc vsq; Rudolphus,
Carolus á Zollern & Itelfridericus frater, Capitanei sunt Ditionis Hohenbergensis, &c. Sed Comes Hochbergæ Capitaneus arcis, & oræ
Cæsariæ custos ditionis noster Itellus
Nomine Fridricus vigil est fidissimus agri:
Aut iacet extremâ nunc Vvirtenbergidos orâ.
Nam supra sese ditio tenet ista Balingam,
Infra Offtertingam vicino limite tangit,
Iacobus Mayllandus sacelli magister vel archimusicus Zollerianus fuit anno 1578. Et Bodelshausam tangit, quæ subdita magno
Teccigenûm Domino: Mayllandus in arce Iacobus
Musicus excellens, pago requiescit in isto.

Hinc

Hinc Messingenses vicini limitis agros
Pulsat ad aërios sublimi vertice montes.
Parte alia tendit versus aquilonis ad oram,
Danubij ad ripas, quâ Sigmaringa locata
Nunc iacet, hîc etiam Strasbergam tangit, amœnam
Nobilium sedem, crebra niue sæpe rigentem.
Sunt vbi perpetuò spirantes frigora cauri,
VVinterlinga iacet non hinc procul, iste niuosus
Pagulus, omen habens cum re sibi nominis aptum:
Parte alia rapidum Zollern se tendit ad austrum,
Aspicit Hercynij rapidissima flumina Nicri,
Quâ iacet Heigerlocha procul non inde vetusta,
Mœnibus & scopulis vrbs semper adhæret acutis,
Quos Nicer horrisonus præterfluit amne recuruo,
Rottenbergenses rapidissimus intrat in agros.
Ante octingentos arx isthæc constitit annos,
Primùm à Zollerijs fuit ædificata Dynastis,
Hinc tot Fridrici traxerunt stemmatis ortum,
Italfridrici Comites, de gente creati
Zolleria, claris Regum natalibus orti,
Si licet annosis aliquid concedere fastis;
Quæ nobis veterum referunt monumenta virorum.
Hæc nondum claræ viderunt lucis apertum
Lumen, & obscuro iacuerunt puluere: quæq;
Nuper ego accepi Comitis dextraq; fideq;:
Illa fidelis ego benè condita publica reddam,
Vt mihi commisit Fridericus Itellus, ab arce
Zolleria illustris, propensa mente benignus.
Inprimis igitur constanter vbiq; negamus,
Esse Columnesos prima de stirpe dynastas
Zollerios Comites, hac olim sede locatos.

VVinterlinga pagus VVirtenbergicus.

Haigerlocha opidulum Zollerianum.

Antiquitas & vetustas arcis Zollerianæ.

Antiquitates sunt renouandæ, & à puluere ac situ liberandæ.

Munſteri nugas igitur non curo Sebaſti:
Et quicunq; volent mecum contendere fruſtra:
Nam tibi certa canam, meliori numine ductus,
Vnde ſuum duxêre genus, primordia ſtirpis
Zollerij Comites; claris inſignibus aucti,
Cæſaribus grati, dilecti & in orbe, fideles
Sueuia dûm Comites, quadratum inſigne gerentes.

DE INSIGNIBVS COMITUM à Zollern.

Vexillum illorum nigrum fuit ordine primùm,
Pòſt album factum, tranſuerſo ritè colore,
Et benè mutato cum relligione ſigillo,
Chriſticolæ facti: ſparſo ſtetit ore moloſſus
Deſuper: & clauſo ſcutum fuit ore vetuſtum.
Donec erat quondam Fridericus frater honore
Et maiore loco poſitus: Burggraphius vrbe
In Noribergenſi factus, de Cæſare princeps
Ex Comite: in clypeo accepit de rege coronam.
Ergò vbi vixiſſet ſenior Fridericus Itellus,
Maxmilianorum primo regnante: ſupremus
Militiæ præſes, generalis & arbiter aulæ
Cæſariæ, aurati ſocius fidiſſimus agni,
Et Cameræ cuſtos factus: lectusq́; miniſter
Cæſaris arcani digna pietate cubilis,
Addidit imperij ſigno duo ſceptra vetuſto,
Cæſar Maxmilius decus hoc inſigne ferebat,
Atq; illis permanſit honos nouus ille receptus,
Vſq; ad Auum Sponſi, qui Carolus extitit olim
Zolleriæ quondam Comes optatiſſimus arcis,
Et quoq; Cæſareâ gratiſſimus hoſpes in aulâ,

Vnde inſignia Zolleriana ſuam originẽ habeant.

Carolus à Zollern fuit au9 Spōſi.

Cæ-

Cæſare ſub Quinto traducens tempora Carlo,
Qui Simaringenſem ditionem tradidit omnem.
Quòd baptizatus de Cæſare nomen haberet
Carolus iſte Comes: Feudum capit inde Veringam,
Inſtinctu Comitis (quem VVerdenberga creauit.)
Felicis Domini, cui gratia dicta perennis:
Pro pietate viri, pro tanto munere Feudi.
Hinc duo Zolleria cernuntur imagine cerui
Aurati: Simaringenſem quòd ſigna vetuſta,
Ceruus vterq; notat veterem ſedemq́; locumq́;,
Acceptum magno gratum de Cæſare Feudum.
Propterea Comites facti ſunt vndiq; noti,
Germanis, Italisq́; viris, longeq́; remotis
Hiſpanis, Gallis, diuiſisq́; orbe Britannis.
Ipſorum quondam ditio fuit amplior: atq;
Dilatata magis, quàm nunc eſt: namq́; Balinga
Subdita Zollerijs olim fuit alma dynaſtis,
Patria dulcis humus, mea dilectiſſima nutrix.
Sicut ego oſtendam, qua ſit ratione modoq́;
Vendita Tecciacis ducibus, gratiſſima tellus.

Carolus à Zollern vnde ſuũ nomen acceperit.

Zollerij Comites longè, lateq́; ſunt noti in Romano imperio.

De obſidione, vaſtatione & deſtructione Arcis Zollerianæ.

NVnc prius expediam cœptam percurrere telam,
Et tibi Zolleriam deſcribam verſibus arcem,
Quæ iacet excelſo ſcopulo, ſaxoq́; rotundo,
Incutit horrorem ſurſum aſpicientibus altum,
Sublime extollit caput, inter nubila condens,
Tuta à bombardis: arx munitiſſima muris,
Inſidijs capienda malis modò, fraude doloq́;

Aggredienda malo, miro ſuperanda trophæo.
Quæ tamen, vt veterum referunt monumenta virorum,
Anno 1423. die pentecoſtes
Funditus hîc deſtructa fuit, combuſta per ignem,
Perq́; famem modò capta, ſuis eſt tradita diris
Hoſtibus: hoc Zollern vetus inſuperabile caſtrum.
Mille quater centum Chriſtus numerauerat annos,
Vigintiq́; duos, cùm maxima turba fuiſſet
Inter Zollerios Fridericos, ſanguine fratres,
Pectore diſcordes (fratrum quoq; gratia rara eſt)
Et Rottuuilanos coniunctos fœdere ciues,
Alter vt alterius licito non iure colonos
Caussa hui9 belli & deſolationis.
Hîc caperet, captos premeret, captosq́; teneret.
Hinc tandem exoritur Sueuo ſuper orbe tumultus
Maximus, imperij reliqua oppida mutua ferrent
Auxilia, & vires ſociarent fœdere iunctas.
Vrbes imperiales.
Vlmenſes primùm veniunt magno agmine ciues,
Et Biberacenſi properant ex vrbe cohortes:
Inde Gamundana & Kauffbeyra ex vrbe frequentes
Adſunt complures numeroſo milite ciues:
Campidona, ex Ahla conſtructi fortibus armis,
Pfullendorffenſes, Vvilenſes agmina iungunt:
Hinc quoq; Giengenſes magnū glomerantur in orbem:
Cum Rottuuilanis miſcentur ciuibus omnes
Vrbes imperij: belli furor arma miniſtrat.
Sed quæ tanta fuit concurſus cauſſà, maliq́;
Explicatio toti9 cauſſæ & rei.
Quæ fuit occaſio? & tanti ſuper orbe tumultus?
Zollerij Comites gemini, duo pectora, fratres:
Hic Oettingerus Fridericus, iunior alter,
Nomine concordes: diſcordes pectore fratres:
Hi duo mouerunt cum ſeditione tumultum:
Zolleriam ſenior magna vi poſſidet arcem

Oët-

Oettingus fratrem depellit ab arce minorem,
Iunior hunc ergo Rotvuilæ incuſat iniquum,
Iactans irato conuitia ſæpius ore:
Ad quæ conticuit prorſus, ſua labia preſſit,
Dentibus infrendens ſenior, modò crimina ridens, Eluſio & contentio conuitiorum.
Nec magni faciens, nec verba obiecta retorquens.
Huic tandem iudex certaminis arbiter inquit:
Cur Friderice taces? cur crimina nulla retorques?
Cur ita quæſo tui pateris verba improba fratris?
Qui te iudicio coram traducit honeſto
Indignè & fœdè, petulanter mordet & vrit?
Huic Oettingerus verbis reſpondet amicis: Explicatio eluſionis.
Germani ſolito fratris de more ſilebo,
Qui ſimili quondam tacuit ratione, modoq;:
Cùm tenuit ſedem, quam nunc ego iure paterno
Obtineo, ſimili cum vi, quâ frater habebat,
Non minus exagitans ipſum, vitijsq; remordens,
Ad mea reſpondit quoq; nullum crimina verbum.
Ergò pari referam par, & ſibi iure rependam
Omnia, quæ fecit frater, non digna relatu.
Sic nihil effectum, nihil eſt in lite peractum
Pendenti: nemo potuit componere partes.
Interea frater vim quæſtus vbiq; nefandam, Vim vi repellere licet.
Auxilium quærit, quo vim depellat iniquam.
Vrbes imperij Comes obſecrat, orat, adorat,
Et contra fratrem magnam legit ille phalangem,
Ingentemq; facit conſcripto milite turbam.
Conuenêre viri vicies bis mille vocati,
Ingenti numero pedites, equitesq; ſub arcem
Zolleriam, quam turmatâ cinxêre coronâ,
Armis incluſi, cupientes funditus illam

 De-

Destruere; è scopulis muros radicitus omnes
Extirpare suis, euertere turribus imis.
Addidit his sese sociam, stipantibus ipsam
Pluribus, armipotens de Vvirtenbergide terra
Heinrica, insignis mulier, præstantibus ausis:
Qualis erat quondam laudatæ Iuditha famæ,
Quæ caput Holferni fuit ausa abscindere ferro:
Aut quales olim referuntur Amazones armis,
Talis erat sumtis Heinrica ter inclyta telis,
Insignis mulier, præstanti corde virago,
Mompelgardæo Comitissa illustris ab agro,
Vltima progenies, Eberhardo iuncta marito,
Vvirtenbergensi Comiti de stemmate nato,
Ex quo coniugio comitatus vterq; sub vnum
Venerat imperium Comitis, sceptrumq; sub vnum.
Vrbs iacet ad stagnum Constantia pulcra profundum,
Turribus & muris, validis firmissima portis.
Hîc vbi concilium celebratum tempore quodam,
Conuenêre patres multi, Comitesq;, Ducesq;,
Quando vir insignis pietate fideq;, Ioannes
Hussus, ob insidias damnatus, & vstus iniquo
Iure fuit flammis: spectacula tristia vidit
Hæc Comes Ebrardus, de Vvirtenbergide natus
Progenie, multis comitatus equestribus illuc.
Inde domum rediens à præcoce morte solutus,
Et circumuentus fato: fuit inde redactus
In cinerem Comes Ebrardus, de corpore migrans,
Spiritus ætherias sursum contendit ad auras.
Huius Eberhardi socius fuit, atq; fidelis
Hic Oetingerus rerum Comes, atq; minister
Intimus, & semper gratissimus hospes in aula

Heinrietta vel Heinrica, Comitissa VVirtenbergica & Montispeligardica, &c. Vidua & Heroina fuit año 1425. cõtra Comitẽ Oettingerum Fridericum à Zollern.

Comitatus VVirtenbergicus & Montpeligardic⁹ in vnũ coadunati dominium anno 1400.

Concilium Constantiense fuit celebratum anno 1413.

Fridericus Oetingerus Comes à Zollern fuit à cõ

VVir-

VVirtenbergensi: sed cùm defunctus obiret
Ebrardus senior, coniux Heinrica potitur
Imperio, & rerum dominatrix sola gubernat,
Donec ad ætatem venissent ritè virilem
Filioli ipsius gemini, florentibus annis.
Hanc igitur Dominam Comes Oetingerus, vt hostem
Persequitur, quacunq; potest ratione nocendo,
Et diffamando fuit impiger, atq; paratus
Mille modis, verbisq́; minax, factisq́; nefandis,
Diceret vt tandem: cur me natura voraret
Fœminei fastus? Comitissam cur ego talem
Vir metuam? Dominam quid multum curo rebellem?
Hæc vbi percepit Dominatrix strenua rerum,
Heinrica illustris verba; ipsa furore repleta,
Zollerio scripsit Comiti, chartamq́; minacem,
Talia quæ secum referebat verba, minasq́;:
Heus Comes elatæ mentis? Friderice superbe,
Non ego te solum: sed cum Ditione vorabo
Omnia, quæ tua sunt, præsenti in mente reconde:
Sensibus hæc imis (res est non parua) reponas,
Quæ tibi scribo viro, mulier modò visa, superbo
Imbellis, trepidans, prorsus formidula, nulla.
Quæ, qualis, vel quanta fiem, Friderice, futura,
Tu persentisces, non tu mea seria ludes.
Sed mox comperière meas in corpore vires.
His scriptis: sese collecto milite totam
Vrbibus imperij sociam coniunxit, vt hostem
Declarat, Comitis celsam circundedit arcem.
Tum Rottuuilani collectis viribus omnes
Adsunt, & Comiti chartam misêre minacem,
Quæ fuit incepti Comiti prænuncia belli,

filijs intimis Comitis VVirtēbergici Eberhardi senioris.
Ludouic9 & Vlricus fratres germani, Comites à VVirtenberg, filij Heinricæ, &c.

Añ o 1421. āte Ascensionis Christi diē die Sabbathi.

Quâ

Quâ Comes acceptâ, ſcopulo ſe condidit alto:
Spemq́; metumq́; fouens trepidanti in pectore magnū,
Sollicitus multum, deſertus ab omnibus, hoſtis
Totius imperij qui declaratus, & arctus
Oppreſſusq́; ſua circundatus arce paterna,
Deſidet, auxilio priuatus, & vndiq́; cinctus.
Interea armati longis iacuêre ſariſſis,
Cum gladijs, ſcutisq́; ſuis, in montibus altis,
Circumdant totum completis menſibus annum
Zollerium montem; incaſſum, fruſtraq́; laborant
Causa diſceſ. 9Comitis ab arce Zolleriana. Bellando, donec graſſatur inedia victus.
Intoleranda fames Comitem depellit ab alto
Culmine, deſcendit, multum latrantibus extis,
Præſidij nihil hîc: nec ſpes fuit vlla ſalutis,
Et non auxilij quicquam: ſed inedia victus
Multa docet & cogit fames. Vndiq́; comparet, NON ELVCTABILE FATVM,
Ergò Comes tandem ſeſe dedit hoſtibus vltrò,
Deſerit & caſtrum: clàm ſe ſubducit ab antro,
Euaſitq́; ſuis inimicis ſaluus: apertum
In campum profugus veniens, dubiuſq́; per agros,
Per ſyluas ſolus, per teſqua vagatur inermis,
Henricæ Comiti tradens atq́; vrbibus arcem
Zolleriam, fratriq́; ſuo de ſede paterna
Extorris ſeceſſit, inops, caſtrumq́; relinquens.
Miſerab. vaſtatio & deſtructio arcis Zollerianæ facta eſt año 1423. die pentecoſtes. Continuò occluſæ reſerantur limina portæ,
Turba ruunt, caſtrumq́; ſuis à ſedibus imis
Diripiunt, vaſtantq́; locum, flammisq́; perurunt
Omnia, Zolleriam diſperdunt funditus arcem,
Inde triginta duos vinctis poſt terga lacertis
Captiuos ducunt, quorum tres inter eundum
Deficiunt, & morte cadunt, animamq́; relinquunt,

Dum

Dum reliqui Vlmensem per vincla trahuntur ad vrbem.
Non minus ipse Comes durissima rura peragrans,
Prenditur, infenso captiuus ab hoste tenetur,
Inq; potestatem Comitissæ traditur omnem,
Heinricæ, quondam patrio quæ præfuit agro,
Fœmina prælustris, sumtis quoq; miles in armis.
Hæc Oettingerum Fridericum protinus hostem
Mompeligardæam deducere iussit ad vrbem,
Et benè captiuum munitæ includere turri:
Nunc Oettingeri seruat sibi nominis omen
Turris adhuc hodie, Comitis custodia quondam,
Donec eum procceres Regni imperialis, & omnes
Vrbes imperij redimunt, & vincula demunt.
Ergò vbi Zollerius Fridericus carcere liber
Iam fuit emissus, munita è turre redemtus,
Continuò statuit peregrinas visere terras,
Relliquias Solymûm, sacri monumenta sepulchri,
Ingrediturq; viam, patriam post terga relictam
Deserit Hechingam, destructis mœnibus vrbem:
Zolleriamq; domum eiecto culmine fractam
Negligit, & fratri concedit, ad ocia pergit,
Filiolum post se linquens, vagus exul oberrat
Per varias terras, per mille pericula vitæ:
Et foris exilio moritur Fridericus, vt exul.

Fridericus Oettingerus Comes à Zollern captiuus deducitur Mompeligartū.

Der Oettinger Thurn zu Mümpelgart.

Hechinga oppidum malè hinc inde destructum, fractum & dissipatum est.

DE RESTAVRATIONE
Arcis Zolllerianæ.

SEptimus interea transactis mensibus annus
Voluitur, exustam cupit instaurare paternam
Zolleriam sedem, destructam funditus arcem
Frater, & instructis iterum parat omnia lignis,

Conduxit fabros, & qui fundamina ponant
Arcis, vt in celsis scopulis noua mœnia surgant,
Omnia sollicitè curat Comes, omnia fidus
Instruit, & tandem non parcit sumtibus vllis.
Proh dolor, huc iterum veniunt magno agmine ciues
Imperij, flammis & ligna voracibus vrunt
Omnia: destructis muris in monte renatis.
Hoc Augustani collecto milite ciues
Vindelici faciunt, reliquis comitantibus illos
Vrbibus Imperij, Comiti mala damna parantes
Plurima: quod faciunt, ter damna nefanda ferentes.
Zollerio Comiti cupientes funditus arcem
Semper in æterno squalore tenere iacentem.
Res tandem Comitis componitur ordine, & vrbes
Imperij litem componant, fœdere facto
Inter Sueuorum proceres, Comitesq;, Ducesq;:
Vt nemo alterius patrios hostiliter agros
Amplius inuadat, nec rupto fœdere lædat:
Sed pacem recolat, seruet pia fœdera quisq;,
Qui velit illæsam patriam defendere terram:
Compositis igitur rebus, noua mœnia surgunt,
Zollerij castri facies noua facta recentis:
Qualis adhuc hodie scopulo cernenda vetusto.
Hinc Comes illustris stirpis primordia ducit,
Qui mihi nunc celebrandus erit, Comes acer Ianus,
Cum reliquis atauis, proauis, & patribus huius,
Ante octingentos olim viuentibus annos.

Augustani ciues & milites comburunt ligna, fabricat & præparata ad arcē Zollerianam construendam & restaurandam.

Confœderatio & coniuratio Sueuorum.

Extructio & restauratio arcis Zollerianæ facta est à Iodoco Nicolao Comite de Zollern Anno 1428. suo loco inuenies infrà.



DESCRIPTIO TERRITORII ZOLLERIANI: DEQVE VRBIS Hechingensis vetustate.

NVnc simul expediam Comitatum carmine; dicam,
Quot pagos habeat, quot sacras ritibus ædes
Cœnobia: & structis Hechingam mœnibus vrbem
Describam; prius annosum simul esse, probabo
Versibus ista meis, quantum licet; inde quiescam.
Mundus vt à Christo numerauit secula nato
Octo, ter denos, completis mensibus, annos, Anno Christi 830.
Inuenio, Comitem de Zollern esse sepultum
Hechingæ, priscis quondam & vixisse sub annis.
Et cùm Romanus Rex VVencesłaus in orbe
Sueuorum pacem benè confirmasset amicam,
Quam rupit fractam Basilæus Episcopus olim, Fridericus Episcopus Basiliensis mouit bellum anno 1392.
Qui se Fridricum non vero nomine dixit:
Propterea mouit magnum super orbe tumultum.
Mille & ter centum mundus numerauerat annos,
Lustra bis octo, simul cursu duodenus in ipso:
Tum Comes Vlricus de VVirtenbergide terra,
Cum turma venit, Alsaticis grassatur in oris,
Fœdifragum punit Fridericum, pacis vt hostem
Declarat, sanctiq; capit cum mœnibus vrbem
Hippolyti, Alsaticis quæ paruula floret in agris, Oppidulum sancti Hippolyti vulgò S. Pildt: in Alsatia.
Tempore, quo diris etiam fuit hostibus, illo,
Vrbs Hechingensis varijs vastata ruinis,
Et flammis exusta citis, affecta nefandis
Et miseris damnis vrbs hæc, stans mœnibus arctis; Hechinga malè vastatur & dissipatur anno 1392. & 1421.
Et cùm Zolleriam vastarent milite terram
Vrbes Imperij, totum mala damna per annum

Vrbs Hechingensis percepit vbique, nefandis
Indignisque modis, multis obsessa diebus.
Est vrbs parua quidem, sed colle superbit amœno,
Et caput extollit muris & mœnibus altis,
Quam Comes illustrem reddit Fridericus Itellus,
Et portis firmam, & renouatis turribus vrbem
Efficit egregiam, sumtu tectisq; superbis:
Vndiq; vel stanno, vel cupro, auroq; micanti
Culmina summa nitent, auratis vndiq; nodis;
Quos Reuttlingensi Faber huc transuexit ab vrbe,
Et Comitis totam nodis illustribus arcem
Ornauit, pulcrisq; comis, pinnacula tectis,
Qualiter ostendam deinceps, conclauia laudans
Omnia Regali Comitis splendentia luxu:
Quæ Comes extruxit Sponso Fridericus Itellus,
Ipsius vt memores essent, gratiq; futuri
Zolleria quondam de posteritate Nepotes.
Sunt alij, nummos qui perdunt: semper inanes
Insumunt sumtus, spectantur prælia Martis:
Et se conficiunt curis, mala damna facessunt.
Dumq; alios perdunt, ipsi cum paupere fiunt
Mendici, miseri, domini quoq; semper egeni.
Nulla salus bello; pacem qui diligit almam,
Is sua custodit, defendit, & integra seruat.
Rectè igitur digneq; facit, laudabiliterq;,
Quòd Comes annosas restaurat & extruit ædes,
Et patriam sumtu decorat, nummisq; coronat.
Dulcis humus patria est, nummi sunt dulce venenum,
Qui possunt mira de pauperis arte parari.
Est igitur pulcrum sanè, cum laude decorum,
Extruere; & patriam firmis circundare muris.

Econ-

Econtra fœdum, nec dignum, turpe, malignum,
Deſtruere excelſis operoſas collibus arces:
Barbaries indigna ſatis, quæ propria Turcis,
Et modò digna Getis, immanibus atq; Tyrannis.
Si non ſtruxiſſent Maiores oppida noſtri,
Tot miris extructa locis, firmiſſima ſaxis,
Portis, & muris, foſſis, & turribus altis,
Si non tam pulcros hortos, cum frugibus agros
Plantaſſent, quos nunc caperemus ab arbore fructus?
Quæ iam tecta forent nobis? habitacula quænam?
Propterea laudo Comitem, prudenter agentem,
Qui gnato illuſtrem magnis cum ſumtibus aulam
Collocat, Hechingâ patrijs in finibus vrbe.
Et ſibi perpetuum ſemper memorabile nomen
Efficit, æterno Comes hic laudabilis æuo,

De horto ferarum ampliſsimo Comitum à Zollern.

QVid tibi iam de ſepe canam, ſudibusq; præuſtis?
Quid loquar auguſtum, quẽ cingit circulus hortũ Anno 1573 ſepibus incluſus eſt & circundatus hortus.
Maximus: ex multis conſtans ibi millibus agris,
Arboribusq; ſatis, ſyluis, & collibus altis,
In medio ſurgit, caput vſq; ad ſydera tollens,
Zollerium caſtrum, ſublimi monte repoſtum.
Hic videas ceruos, capreas, leporesq; vagantes,
Cunniculosq; leues ſaltare, & ludere in horto
Immenſo, qui ſe captos magno agmine dedunt.
Et veniunt vltrò, nec ab horto euadere poſſunt.
Omnia ſunt ſurſum: veſtigia nulla retrorſum.
Sepibus incluſi montano in gramine ludunt.
Pro ſudibus ſentes ſurgunt, pro ſtipite vepres:

 Et

Perpetuò florescens & crescens sepes.

Et ſpinæ creſcunt, ſtimulis plantantur acutis,
Nam Comes æternam cupit hîc prætendere ſepem,
Perpetuò firmam, florenti vepre virentem.
Hinc cecidêre ſudes, factæ pro tempore putres,
Et pali, & fuſtes, quorum loca conſita ſpinis.
Sanè opus egregium, quod vis humana quotannis
Efficit, inuentumq; ſagax, mirabile viſu:
Stant ceraſi circum lento cum viminæ nexæ:
Quæ ſepem retinent, erecto ſtipite firmam,
Et circum duræ longo ſtant ordine quercus,
Sæpè viatorem retinent ſpectacula euntem.
Non procul Hechinga collis ſublatus in altum
Aſſurgit: Comes hîc etiam conſtruxit amœnam
Turriculam, formâ quadratam, culmine ſummo
Multa columbarum ſuſtentat millia, victum
Quæ paſſim quærunt, pullis dum pabula præbent,
Et ſeſe paſcunt, ſi conſita rura peragrant.
Vtilis hæc auis eſt, nobis alimenta miniſtrans,
Lautitias præbens, & ſuaues faucibus eſcas:
Et quis nunc vaccas Comitis, taurosq;, bouesq;
Enumeret? quis equos, vitulos, cum matribus hædos?
Quis ſtabula enumeret, conſtructa in vallibus imis?
Quis ſatis expreſſum referat de lacte butyrum?
Diuitias, & opes Comitis quis carmine dicat?

Columbare instar turris quadratæ erectum Anno 1585.

Armenta & iumenta Comitis à Zollern.

DE STAGNO AMPLISSIMO PISCIBVS REPLETO, COMITIS à Zollern.

QVid loquar, & quid cõmendem ſtagnantibus vndis
Immenſum ſtagnum, repletum piſcibus æquor?
Hîc anates videas in littore mille natantes,

Et

Et ſe mergentes fulicas refluentibus vndis.
Inde procul mola non, piſtrinum dicimus illam,
Diſtat, vbiq; luto cinctum, campoq́; paluſtri:
Et ſibi conueniens cum re tenet ordine nomen.
Hîc habet innumeros pagos, villasq́; propinquas,
Et ſaltus, ſyluasq́; Comes; bona paſcua circum
Poſſidet, & latos lætis cum frugibus agros.
Non procul Hechingâ pagus iacet vrbe vetuſtâ,
Nunc hodie Stetten vulgari nomine dictus,
Zollerij Comites moti pietate priores,
Cœnobium huc ſtatuunt, & magnis ſumptibus ædem
Ædificant ſacram, caſtis Monialibus aptam,
Hîc vt rem faciant diuinam, legibus æquam
Auguſtiniacis, vitam ducendo probatam;
Vt pſalmis ſacris laudent, hymnisq́; decoris
Chriſtum, de ſacra prognatum matre Maria,
Ipſum vnum ſaluatorem prece ſemper adorent:
A Chriſto fuerant numerati mille ducenti,
Sexaginta anni, ſed curſu ſeptimus ortus,
Zollerius Comes hîc, Friderici nomine dictus,
Atq; Vdalhidis coniux fundamina ponunt
Cœnobij pro more ſacri, pietate, fideq́;, &
Relligione pari commoti, ac moribus æquis.
Propoſitum Comitis confirmat, coniugis vnâ,
Sueuorum ductor Conradus, ſceptra per orbem
Summa gerens, Siculis Rex magnus: hic inclytus olim
Firmatur titulo Solymæis rector in oris:
Et ſacer Antiſtes Conſtantis Epiſcpus vrbis
Ebrardus, Comitis proprio pia vota ſigillo
Confirmat chartam membrano codice ſcriptam.
Cuius adhuc exemplar adeſt, à tempore primo

Mola & piſtrinū Comitis à Zollern, vulgò die wüſt Mühlin genandt.

Cœnobium Stetten ſe fundatum eſt anno 1267.

Annus fundationis Cœnobij.

Conradus dux Sueuiæ: Rex Siciliæ & Ieruſalem.

Eberhardus Epiſcopus Conſtantienſis.

Ros-

Rottuuilæ ſcriptum, monumentum insigne priorum,
Confirmatio & approbatio fundationis. Sic confirmatum Comitis fuit ordine ſacrum
Cœnobium, ſancta colerent quod lege ſorores;
Vtq; Comes fundator ibi cum pace quieſcat,
Vxor Vdalhildis tumulo dormiret eôdem,
Sicut & ipſius multi poſt fata Nepotes.
Locus ſepulturæ Comitum à Zollern. Hîc Comites recubant, tranquilla in pace quieſcunt,
Quos Deus omnipotens in pace reſuſcitet olim.
Creſcite Zollerij Comites, virtute decori,
Relligione pares, antiqua ſtirpe celebres.
Pagulus á Stetten, non multis paſſibus illinc
Schlat pagulus Zollerianus. Schlat iacet, ad montis radicem conſitus imam,
Quâ Salmadingam via regia ducit, & altum
Exhibet aſcenſum, ſtant lignea mœnia circum,
Circundantq; caſas varias, pagumq; coronant.
Zella prope Pol pagulus eſt Zollerianus. Pagulus à dextra paruus iacet alter, adhærens
Zollerio monti, quem Sueui nomine Zellam,
Et propè Pol dicunt: quá regia ſurgit in altum
Sublimis, via celſa nimis ſcandentibus illam,
Arboribus multis, ſyluis circundata denſis,
Zeller Steig zeiget Ebinger Straß. Donec ad aſcenſum, montisq; cacumen anhelum
Perueniās, feſſus læta ſub fronde quieſcas.
Huc vbi peruentum, ſcopulis ſurgentibus, Albam
Continuò cernes, & amica ſilentia circum
Syluarum, montes: & multas graminis herbas;
Inprimis pulcram ſinuoſo flumine vallem,
Fertilitate locum paſcendis bobus opimum.
Et vaccis, ouibus, capris, ceruisq; ferinis.
Augſtmettingenſis pagus VVirtébergicus: olim Zollerianus fuit. Augſtmettingenſis iacet hîc cognomine pagus,
Et Thalfingenſis pingui conualle reductus,
Cuius erat paſtor genitor meus optimus, olim

Pauit

Pauit oues Christi, verbum cœleste docendo.
Donec in hoc pago vitam clausisset, humatus
Inq; die Stephani resoluto corpore primi
Martyris: hîc vitæ cursum confecit honestum,
Mille & quingentes Christus numerauerat annos,
Sexaginta simul, cursu fuit ordine sextus:
Quem Deus omnipotens precor hîc exsuscitet olim,
Cum reliquis in se credentibus, atq; sepultis
In Christi pietate viris, morientibus illic.
Sub Thalfingensi vicino limite pagus
Truchtelfingensis, pulcris iacet vndiq; pratis
Et syluis cinctus, saxosis montibus altis.
Hi pagi, quondam subiecti iure paterno
Zollerio sceptro, toto cum rure Balingæ,
VVirtenbergiacis nunc parent ritè dynastis.
Qualiter ostendam, si pòst describo Balingam,
Vt fuit à Zollern precio diuendita paruo.
A Truchtelfinga mox quisq; viator Ebingam
Contingit paruam, sed diuite mœnia cultu:
Vrbs diues pecoris niuei: quoq; lactis abundans.
Si verò transire cupit quis fortè viator
Per circumseptum, tibi quem descripsimus, hortum,
Offendet pagum VVessingam nomine dictum,
Steinhofenq; simul pagum, pagumq; Bisingen,
Quà via per planum rus monstrat adire Balingam.
Grosselfingensis iacet hîc in valle reductus
Pagulus, à dextrâ prato circundatus, imo
Ragendingensis iacet hinc in valle reductus,
Et benè cinctus agris, syluis, & vallibus imis.
Tunc VVeilheimensis vineta ostendit & agros
Fertilitate bonos, & pascua grata colonis,

Anno 1566. obiit in Christo feliciter Iacobus Frischlinus pastor in Thalfingen, die 5. Stephani protomartyris.

Truchtelfingensis pagus VVirtẽbergicus olim Zollerianus fuit.

Ebinga oppidulum Albanum & VVirtenbergicũ olim Comitibus Hohenbergicis subiectum fuit.

VVesingẽ, Steinhoffen, Bisingen, Grosselfingẽ, Ragendingen, Vveilheim, & c. pagi Zolleriani.

Nundinæ & mercaturæ celebrantur Grosselfingæ, & Rangendingæ.

Conuentus celebres, & mercatoribus aptos
Hi pagi celebrant veteri de more quotannis,
Non minus ac vrbes, sua pagi iura colentes.

Aubingen pagus Zollerianus.

Est Aubingensis Comitis quoq; pagus amœnus,
Et qui Zollerio monti subiectus adhæret,

Zimbern ad radicem montis Zolleriani.

Pagulus exiguus, Zimbern cognomine dictus,
Atq; aliæ villæ, quorum me nomina fallunt.
Kylleria imprimis sinuosa in valle iacentes,

Starzlen, Hausen, in valle Kylleriana. Burladingen, &c.

Starzlen, & pagus Comitis, qui dicitur Hausen,
Burladingensis pagus: vel nobile castrum,
Quod posuit firmis extructum turribus altis,
Antistes sacer Augusta Fridericus in vrbe
Vindelica, à Zollern, vir sanctus, Episcopus ortus:

Anno 1486.

Quando quadringentos Christus numerauerat annos,
Mille, octoginta, sextus feliciter ortus:
Tum fuit Augustæ Fridericus Episcopus vrbis
Vindelicæ: numero iam quinquagesimus ille,
Et decimum nonum regnauit Episcopus annum.

DE PIETATE, RELLIGIONE, ET FVNDATIOnibus Cœnobiorum Comitum à Zollern, tam veterum, quàm recentiorum.

QVid loquar, & quo te felici carmine dicam,
Cœnobium? pulcris statuis, pictumq; figuris
Ad viuum expressis? preciosis nuper idolis
Ornatum varijs, renouatum mœnibus altis.

Cœnobium ad S. Lucium Regem Schottorum, non procul ab Hechinga situm, renouatum est anno 1579.

Non procul Hechingâ iacet hic locus vrbe, sacratus
Fratribus & monachis: nostro renouatus Itello
Fridrico, ingenti sumtu precioq; leuatus.
Hîc videas Christi statuam, faciemq; recentem
Ad viuum expressam, socijs stipantibus illum

Disci-

Diſcipulis, quaſi ſint viui de marmore facti.
Et reliqui ſancti, circumſtant ordine patres,
Vndiq; ſtat templum ſupra laquearibus aureis,
Dependent Comitum ſculptis inſignia ſaxis;
Cœnobium ſanè pulcrum: Diuoq; ſacratum
Diſcipulo Petri, Scoticis qui Lucius oris
Rex fuit, & Chriſti factus per verba ſalutis
Diſcipulus, Petro, Paulloq; docente, fidelis.
Zollerij Comites in tanti Regis honorem
Cœnobium ſtruxêre ſacrum, pietate colendum
Fratribus à tredecim, vitam qui ſemper honeſtam
Traducant, precibusq; ſuis de more litatis.
Tanta fuit pietas, vel relligionis honores.
Eſt locus Hercyniæ quàm viciniſſimus oræ,
Alperſpachenſem dicunt, in valle recinctum
Cœnobium vetus; hoc pietatis nomine firmant
Albertus Comes à Zollern, fundamina prima
Et Comes Aluuigus Sulzæa ſtirpe locârunt.
Hi duo permagnos ſumtus atq; annua tradunt
Munera Cœnobio, reditus dant largiter amplos,
Et muros ſtatuunt tectis pia templa ſuperbis,
Ædificant miris de ſaxo nempè columnis
Excelſis, conſtructa ſuis laquearibus altis.
Huc pagos villasq; ſuas, & munera tradunt
Plurima, dotantes ſacratam ſumtibus ædem,
Innumeris donis, pratis, ſyluisq; propinquis,
Quæ VVirtenbergus noſter capit omnia princeps,
Cœnobiumq; tenet: ſacratos poſſidet agros.
In Zuuifaltenſi ſumtus fecêre colendos,
Cœnobio multum pietatis nomine donant
Zollerij Comites, in relligione fideles,

Salutat vos Timotheus adiutor meus & Lucius, & Iaſon, & Soſip ater, cognati mei, &c. ad Roman. 16. cap.

Fratres ordinis minorum 13. ſuperior Quardianus dicitur.

Comites à Zoller & Sultzẽſes fuêre fundatores cœnobii Alberſpacẽſis, añ 1190.

Cœnobiũ Alperſpacẽſe Duci VVirtenbergico ſubiectum eſt.

Rockenburgensem releuârunt sumtibus ædem,
Templa, domosq; sacras diuinis ritibus ædes
Largiter ædificant, & largo munere ditant,
Amplificant, renouant, augent, reuerenter honorant,
Sic tandem Comites in paupertate redacti,
Facti sunt tenues, olim ditione potentes.

Quare Zolleriani Comites non amplius, vt olim, sint diuites & potentes.

DE ORIGINE, ORTV ET prosapia Comitum à Zollern.

NVnc referam Sponso proauos, quibus ortus, auosq;
Zollerios, quotquot Comites hîc possumus omnes
Enumerare, viros numerabimus ordine cunctos;
Tempore quo fuerint viui, qua morte sepulti;
Et quibus in bellis periêrunt, ordine dicam;
Quæ simul aggressi certamina, prælia Martis,
Ipsorum laudes, & fortia facta canemus.
Si volumus veterum perpendere scripta virorum
Rectius, & libros euoluere ritè vetustos,
Zollerij Comites à Gallis Regibus ortum
Progeniemq;, suæ & stirpis primordia ducunt.
Est mihi Iohannes testis Trithemius Abbas,
Auctor & Historicus, Sueuo super orbe colendus,
Atq; Hunnibaldus, nobis nec inutilis author,
Richardusq; bonus, per tempora longa vetustus:
Atq; alij multi, Nauclerus in arte Ioannes
Historica clarus, Munsterus & ipse Sebastus:
Et Francus, veteresq; libri, monumenta priorum,
Omnes consensu referunt concorde libelli,
Quòd rerum facies cum relligione nouatâ
Per Christum mutata fiet super orbe Sueuo,
Tempore Francorum, quo Rex Clodoueus in orbem
Teu-

Origo Comitum à Zollern à Regibus Galliæ deriuatur & propagatur.

Omnis nobilitas Sueuorum à Francis & Gallis ortum habet.

Teutonicum ingreſſus, numeroſo & milite cinctus,
Atq; Alemannorum regem dominumq; potentem,
Ingenti victum bello ſuperaret, & ipſum
Cæderet, & Sueuos ſua ſub iuga ſubderet omnes,
Quando Bonifacius verbum cœleſte doceret
Teutonici primus vir ſanctus Epiſcopus orbis.
Remigio à ſancto Clodoueus nomine Chriſti
Baptiſmi capit, hoc faciens auctore, lauacrum,
Chlothilde vxore, & Chriſti benè numen adorat.
Hinc factus dominus Sueuorum maximus orbis,
Atq; Alemannorum dominator vbiq; virorum,
Conſtituit multos dominos, Comitesq; Ducesq;,
Non tam Zollerios Comites, quàm ſede vetuſtos
Achalma claros, Caluenſes ſtirpe celebres:
Stauffææ, tum Neiffeæ, qui nomen auitum
Tectoſages habuêre Duces, ſuper orbe Sueuo:
Quiq; Vracenſi fixerunt culmine ſedem:
Et qui de priſca duxerunt ſtirpe Toinga
Nomen, & à rubro vexillo ſtemmatis ortum,
Vrbe Tubingenſi Comites: dominiq; Palatî
Romani imperij titulum de more tenebant.
Omnes Sueuiaco Clodoueus in orbe fideles
Conſtituit dominos, populum qui ritè gubernent,
Ad ſanctum pietatis opus, verbumq; ſalutis
Æternæ referant, adigant, per prælia cogant,
Vt ſibi reſtituant veteri de more tributum,
Subiecti imperio Francorum nomine Regum.
Relligio noua talis erat confeſſio Chriſti,
Lux Euangelij iam nunc accenſa nitebat.
Tum cœpit Chriſtus rudibus noteſcere Sueuis:
Cum ſexingenti reuolutis menſibus anni

Noua religio & facies Alemanniæ ſub Clodoueo Rege Francorum cœpit Anno 600.

Remigius S. Epiſcopus Burgundiæ.

Comites à Zollern, Achalm, Calua, Tubinga, Stauffa, Neyffen, Vrach, Teck, Anno Chriſti 600. floruerunt, & inprimis Chriſticolæ fuerunt.

Toingen olim, nunc Tubingen.

Comites prouinciales & præfecti quaſi, à Clodoueo Rege Francorum conſtituti.

 A Chri-

A Christo nato fuerant ex ordine lapsi,
Quando Germanos bello est aggressus, vt hostes

Clodoueus rex Gallorũ vel Francorum deuicit, & bello supauit regẽ Alemañorũ anno Christi 600.
Carolus magnus cũ Sueuis egressꝰ euicit Saxones, & ad Christi religionẽ summa vi, potestate & gloria coëgit.

Imperij: Sueuo cunctos super orbe rebelles.
Postea defuncto Clodoueo, & Regibus alto
Sanguine prognatis: successit in ordine Magnus
Carolus, Imperium qui Rex sibi subdidit amplum.
Hic quoq; cum Sueuis pugnax egressus in oras
Saxonicas, hominesq́; truces, nondumq́; fideles
Christicolas, mactans ingenti strage trucidat,
Et grauiter populum vicit, sine iure rebellem:
Et sic ad Christi populum numenq́; fidemq́;
Saxonicum totum felici Marte subegit.
Est locus antiqua de relligione vetustus,

Murrha fluuius in ditione VVirtenbergica.
Daher das Murrer thal genant/ laufft bei Martbach in Necker.

Cœnobium sacrum, de fundatore Pipino
Extructum, quâ Murrha fluit, conualle recinctum;
Est decus egregium, multis memorabile seclis,
Quod VVirtenbergus princeps de iure paterno
Obtinet, & multis acceptum possidet annis:
Murrhatum primi dixerunt nomine ciues

Cœnobium Murrhatense fundatum est año .750. à ipino Rege Francorum.

Oppidulum, claustrumq́; sacrum, de patre Pipino
Carole Magne tuo fundatum, tempore prisco;
Mundus vt à Christo numerauit secula septem,
Et quoq; lustra decem, Franco regnante Pipino,
In veteri legitur libro, chartaq́; fideli;
Thassilo Zollerius cum fundatore Pipino
Quòd fuerit rerum sociusq́; Comesq́; fidelis,
Et tuus Assertor populi, belliq́; minister,
Carole Magne tibi: sumtis vir fortis in armis.

Thassilo Comes à Zollern.

Thassilo Zollerius nobis se nomine primus
Exhibet: is magno semper fuit ordine equestri
Induperatori Carlo benè iunctus amore.

Quan-

Quando Saxonicis bello sæuiret in oris,
Attulit auxilium Sueuorum Tassilo, Magnum
Iuuit & imperio populos frenare rebelles,
Nondum Christicolas, nulla pietate fideles:
Saxones obtruncare, viros delere superbos.
Talis erat quondam vir Tassilo, strenuus arcis
Zolleriæ dominus, primus de stirpe repertus.
Quis pater illius fuerit? qua matre creatus?
Non multum refert tibi, commemorare parentes
Illius, inprimis, si nondum fortè professi
Sunt, Christum verum (cum relligione) prophetam
Et saluatorem mundi superesse, Deumq;
Atq; hominem, quondam Maria de virgine natum,
Sufficit, hæc nostros olim meminisse nepotes:
Thassilo quòd fuerit veræ pietatis amator,
Et bonus Assertor Christi: fideiq; professor,
A quo Zollerij Comites sibi stemmatis ortum
Progeniemq; trahunt, tanquam de traduce ducti.
Thassilo progenuit chari tria pignora lecti:
Gnatus erat primus Gotbaldus: Danco secundus:
Tertius in lucem fuit editus, atq; vocatus
Erlibaldus, erat custos prædiuitis Augæ
Cœnobij, præsul, Comes, & venerabilis Abbas.
Cuius erat magnus fundator Carolus, Augæ
Diuitis, & primus Sanctus Priminius auctor
Extitit, è Gallis vir sanctus Episcopus oris:
Mundus vt à Christo numerauit secula septem,
Vigintiq; simul numerati quattuor anni:
Cœnobium sacrum stetit à fundamine primo
Extructum; sacris fundauerat vsibus illud
Carolus (huius auus) Martellus nomine dictus.

Laus & commendatio Thassilonis Comitis à Zollern.

Thassilonis liberi & progenies.

Gotbaldus, Danco, Erlibaldus, Comites à Zollern.

Carolus Magnus confirmator Cœnobij diuitis Augæ, vulgò Reichenauu.

Er-

Erlibaldus erat decimus venerabilis Abbas,
Cœnobij Rector, quem Thaſſilo ſtemmatis auctor
Zollerij primus, ſacræ præfecerat ædi.
Octo tranſierant de Chriſto ſecula nato,
Erlibald⁹ Abbas Maioris Augiæ obijt Anno 823. vide Munſt: Tres & viginti lapſi feliciter anni,
Quando Erlibaldus diſceſſit, morte ſolutus.
Quartum progenuit Fridericum Thaſſilo gnatum,
Vt nobis referunt Annales ritè vetuſti,
Denckmuthis, Chronici monumenta vetuſta ſagacis,
Poſt fatum Fridericus erat ſine prole ſepultus,
Fridericus Thaſſilonis filius moritur in iuuenili ætate. Vt memorant veterum ſcripti monumenta libelli.
Creſcite Zollerij Comites virtute potentes,
Relligione pares, antiqua ſtirpe celebres.
Nunc prius expediam Gotbaldi ſtemma, genusq;
Fratris Danconis, Buſſorum ſtemmatis author
Gotbaldus Thaſſilonis filius, Dominus in Buſſen & Saulgau, Comes à Zollern. Qui fuit, & propriam gentem cognomine dictam
Conſtituit, titulo Buſſorum nominis vſus,
De Saulgau dictus, Seulingæ gentis origo
Extitit, vt Mundus de Chriſto ſecula nato
Lapſa nouem, triginta ſimul numerauerat annos.
Gotbaldus vixit Buſſorum ſtemmate primus,
Et Seulingenſis de Saulgau nomine dictus.
Gotbaldus genuit Berchtoldum nomine gnatum,
Illuſtrem Comitem, Seulinga ſtirpe celebrem:
Berchtoldus Dominus in Seulingea vel Saulgau. Inde Columneſi fuerant fortaſſe vocati
Zollerij Comites, Saulgau de nomine dicti.
Eſt locus, hunc veteres Einſidel nomine dicunt,
Sacrato ſedes ſacrata vocatur eremo:
Creditur vt multis veteri de more papiſtis,
Menradus Comes à Saulgau, genitore Beatus
Berchtoldo, clarus miracula plurima fecit,

Vir magnæ probitatis erat: pietate celebris,
Et bonus Aſſertor fidei, Chriſtiq; profeſſor
Maximus, exemplum multis pietatis amœnum.
Propterea colitur, magnoq; in honore tenetur,
Et veneratur ibi, ſanctum ceu numen habetur.

S. Menradus à Zollern, originē ducens àZollern, colitur in cœnobio Heremitarū, Zum Einſidel im Cloſter.

Filius alter erat Berchtoldi, nomine dictus
Conradus vel Concelius, Comes inclytus olim,
De Saulgau dictus, ſumtis vir fortis in armis.

Conradus, vel Cunzelius Comes à Saulgau.

Quattuor ille Comes gnatos poſt fata reliquit.
Primus enim Ludouicus erat cognomine dictus
A Saulgau dominus, pòſt præſul diuitis Augæ,
Mundus vt à Chriſto numerauit ſecula nato
Lapſa nouem, quadraginta ſimul de more peractos,
Atq; nouem numero breuiore recenſuit annos.

Ludouicus àSaulgau Abbas in Reychenau diuitis Augæ anno 949.

Filius alter erat Sigfridi nomine clarus
Concelij gnatus, Comes optatiſſimus vrbis
Pfullendorffenſis, priſcis notiſſimus annis.

Sigfridus à Saulgau Comes in Pfullendorff.

Tertius inde ſatus de ſtirpe Rudolphus eâdem,
In Simaringenſi Comes illuſtriſſimus vrbe.
Hugo fuit quartus Comes hac de ſtirpe creatus,
Landenburgenſi qui præfuit optimus vrbi,
Et legatus erat per Thuſcia rura, per agros
Italiæ fines à Cæſare miſſus eôdem,
Innumeris ſtipatus equis, & milite multo
Cinctus abit, magno de Cæſare iuſſa capeſſit.

Hugo Comes in Landenburg legatus à Cæſare p Thuſciam.

Tum fuit Vlricus Comitis ſuper orbe Rudolphi
Filius hic, quondam Simaringa natus in vrbe;
Huius erat coniux, pulcherrima nata Rudolphi
Cæſaris, electa Rheinfelda illuſtris ab arce,
Qui Comes acer erat Sueuo Dux magnus in agro,
Mundus vt à Chriſto numerauit luſtra bis octo,

Rudolph9 à Rhenifelda Dux Sueuiæ, electus Rom. imperator.

Et mille annorum, quo tempore lapſus obiuit
In bello occumbens, Comes vltimus ille Rudolphus,
Rheinfeldæ dominus; precor, vt cum pace quieſcat.
Huic gener Vlricus gnatum ſuper orbe Rudolphum,

Rudolphus Comes Palat: in Sigmaringen.

Atq; Palatinum titulo maiore vocatum,
Progenuit Comitem, Simaringæ ſede beatum,
Cuius erat Bauari Guelphonis filia coniux,

Año Chriſti 1120.

Nomine VVulphildis, priſcis par fœmina ſeclis.
Secula tranſierant de Chriſto vndena peracta,
Vigintiq; anni perierunt ordine lapſi,
Deinde Palatinus Pfullendorffenſis in Auga

Ludouicus Palat: Comes Pfullendorffenſis, factus Abbas in maiore Augia, indigna morte occiſus eſt ad templum ſuũ, quod Tuttlingæ habuit.

Diuite Cœnobij Rector fuit inclytus Abbas,
Nomine non digna Ludouicus cæde peremptus,
Vrbs vbi nunc Duttlinga iacet, prope fluminis Iſtrum:
Cui Comes Vlricus ſucceſſit in ordine, dignus
Zolleria de ſtirpe ſatus venerabilis Abbas,
Qui tamen elapſum tantùm regnauerat annum,
Vt patet è libro Munſteri hoc omne Sebaſti:
Filius Alberti Comitis fuit ille, Rudolphi
Nempe Palatini Pfullendorffenſis & inde
Cæſaris ille nepos Rhenifelda à ſede Rudolphi.
Hic Comes Albertus magno de patre creatus,

Albertus Comes à Zollern Palatinus Comes in Pfullendorff gener VVerneri Comitis ab Habſpurga vltimi.

Duxerat vxorem VVernheri, nempa Sophiam,
Illuſtrem dominam, generoſo à ſanguine gnatam.
Vltimus ille Comes VVernherus origine clarus,
Qui genus Habſpurgâ deduxit ab arce vetuſtum,
Cui gener Albertus generoſo à ſtemmate clarus
Succeſſit: ſoceriq; domum ſedemq; paternam
Occupat, vxoris munus dotale recepit.

Duces Auſtriaci originem & proſapiã ducunt ex

Hinc genus Auſtriaci domini, Comitesq;, Ducesq;
Progeniem ducunt, ſtirpis primordia ſumunt,

Tem-

Tempôre qui longo iam ſceptra tulêre per oras
Romani imperij, populos ſub lege coërcent:
Scilicet Habſpurga Cæſar de gente Rudolphus
Primus: & Auſtriacâ qui nunc de ſtirpe ſecundus
Præſidet imperio, regnans hoc tempore noſtro.
Huius Adelberti quondam fuit ille Rudolphus
Magnus auus, Ductor Sueuorum clarus in orbe,
Rheinfeldæq; Comes, Cæſar pro tempore factus
Romani imperij, ſancto de patre coronam
Ornatam gemmis accepit carmine tali:
PETRA DEDIT PETRO, PETRVS DIADEMA RVDOLPHO.
Filius Alberti Baptiſmate tinctus, auitum
Accepit nomen, dictus de patre Rudolphus.
Hic auus Habſpurga primi de ſtirpe Rudolphi
Cæſaris, Auſtriacæ gentis fuit alta propago.
Mille ducentenos Mundus numerauerat annos,
Cùm Comes Habſpurga vixit de ſtirpe Rudolphus,
Atq; Baroniſſam thalamo ſibi iungeret alto,
Sanguine Stauffenſi genitam, de ſtirpe celebrem,
Agnetem dominam, claro de ſtemmate natam.
Aſpice, quàm longi tibi temporis acta canamus?
Et quàm latifluos genus alto à ſanguine ductum
Zolleridum Comitum diſtendat in arbore ramos?
Sub quibus Auſtriaci recubant Comitesq; Ducesq;,
Cantantes lætum Romana per oppida carmen:
Hoc Noribergenſes Comites ſub tegmine lato
Arboris vmbriferæ recubant, & carmina dicunt,
Burggraphij veteres, & nunc ſuper orbe recentes
Brandenburgiaci, magna grauitate dynaſtæ,
Qui genus à Zollern ducunt & ſtemmatis ortum,
Hoc recubant, patulæq; canunt ſub tegmine fagi:

Alberto genero & Succeſſore VVerneri vltimi Habſpurgenſis, &c.

Rudolphus Comes Rhenifeldenſis auus Alberti Comitis Palatini Comitis à Pfullendorff.

Anno 1200. vixit Rudolphus Comes ab Habſpurg & duxit in matrimonium Agnetē generoſam dominam Baroniſſam de Stauffen.

Comites Caſtrēſes vulgò Burggraphij Norinbergenſes obierunt ſine prole relicta anno 1279.

 Cre-

Creſcite Zollerij Comites virtute potentes,
Relligione pares: antiqua ſtirpe celebres.

De Dancone, Filio Thaſsilonis Comitis à Zollern primario.

NVnc tibi Danconem verſu memorabo, vetuſtum
Zolleriæ Comitem ſedis, quem Thaſſilo nobis
Progenuit, primus ſtirpis vel ſtemmatis author.
Vixerat ille Comes Danco, celeberrimus olim
A Zollern dominus, belli virtute probatus,
Cûm Rex Luduuicus Magno de Cæſare Carlo
Progenitus, rerum Dominus ſua fata ſubiret,
Præfuit imperio vix annis fortè duobus:
Exoritur magnus Sueuo ſuper orbe tumultus:
Prorſus enim magni ceſſauit linea Carli.
Lumen vt extinctum, Ludouico Rege ſepulto,
Fit ſonitus, magniſq; ruunt concurſibus omnes
Sueuorum Comites, regnum renouare volentes,
Atq; nouum regem, populum qui lege gubernet,
Eligere imperio ſtatuunt, de more ſcientem
Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.
Arx excelſa iacet, quam Stauffam nomine dicunt,
Nunc deſtructa quidem, diſperſis vndiq; ſaxis,
Non procul à Sueua iacet in conualle Gamunda,
Gaudia quæ mundi nomen ſortita vetuſtum,
Imperio ſubiecta ſacro: ſed monte ſtat alto
Arx præcelſa ſatis: deſtructa à ſedibus imis:
Perdidit hanc etenim flammis furor improbus olim
Ruſticus, & ſpeculam deiecit funditus altam.
Hoc olim fratres ſederunt culmine bini,
Qui ſe de Stauffen dixerunt ritè Barones,

Danco Comes à Zollern vixit anno 892.

Arx Stauffenſis non procul ab vrbe Gamundiana.

Anno 1525 fuit ſeditio ruſticorũ in Sueuia.

Alter

Alter Luduuicus dictus, Conradus & alter,
Ambo pares studijs, & factis fortibus ambo
Præclari, magniq́; viri, rerumq́; periti.
Præficere imperio, Regemq́; creare volebat
Fratrem Luduuicus Conradum ætate priorem.
Heus, ait, ò frater, Rex hinc discessit ab orbe
Romano, Cæsar Ludouicus, tempore nostro:
Nuncia fama meas certissima venit ad aures:
Nunc age tu nobis parebis, frater amande,
Nos te germano statuemus in orbe regentem,
Et Dominum facimus: Regem de more creamus;
Tu potes vnanimes Sueuos defendere fratres,
Et seruare modum scis, & frenare rebelles;
Quare age mi frater, Sueuæ Rex inclyte terræ:
Aggredere ô magnos mecum dilecte triumphos.
Hem quid agis? Conradus ait, Germanice frater,
Quæso quid incœptas? quæ te dementia cepit?
Non mihi regnandi tanta est in mente cupido:
Et quamuis esset, tamen est sine viribus ardor
Regnandi: superest non vis, non vlla potestas,
Præsidij nihil est, nihil est opis, optime frater:
Et nihil auxilij Romanum inuadere regnum.
Vah, Ludouicus ait, frater Conrade quid inquis?
An non affines iuncti sunt sanguine nobis?
Vicini nostri, Comitesq́; Ducesq́; Sueui?
Omnes auxilijs, populis, armisq́; potentes:
Scilicet Vlricum Comitem de stirpe creatum
Helfensteinensi: vel qui se nomine dicit
VVendelium Comitem de VVeck: nobisq́; fauentem
Zolleria quoq; DANCONEM de stirpe celebrem:
Deinde Theodricum magna virtute paratum,

Ludouicus & Cōradus Barones de Stauffen anno 892.

Repudiatio consilii.

Confirmatio cōsilii.

Hæc historia desumta est ex vetustissimo codice & libello chronico.

Ortenburgensem Comitem, nobisq; patronum:
Et VVerdenbergum nos semper habemus amicum,
Werdenberg mit dem weißen Fahn.
Heinricum Comitem, defensoremq; benignum,
Qui cum vexillo nobis præcederet albo:
Adde quoq; insignem sancto de monte VVilhelmum,
Christophorumq; bonum Marsteina sede decorum,
Illustremq; virum, belli virtute celebrem,
Et qui se iactat Leutkircha stirpe VVilhelmum,
De rubro dominum vexillo, Martis alumnum.
Die Herren vom rotten Fahn/ Comites de Toingen.
Adderet his sese socium Rheineccius Heros,
Magnus eques, Dominusq; grauis, Comes acer Ianus;
Præsidiumq; suum nobis non fortè negaret
Clingeæ stirpis VVolfgangus maximus armis.
Omnes hi studijs belli, rerumq; periti.
His patet ex verbis, veteri de codice sumptis,
Quales & quanti fuerunt ad prælia Sueui,
Et quibus auxilijs, quàm forti pectore & armis
Quis & qualis fuerit Danco Comes à Zollern.
Illustres fuerint, generosi & Martis alumni,
Zollerij Comites, præsertim Danco dynastes,
Et reliqui, priscis celeberrima nomina seclis.
Margretha Comitissa de Cilien, vxor Danconis Comitis à Zollern.
Danconis Ciliensis erat Comitissa fidelis
Vxor, & illius lecti fœcunda iugalis,
Cui peperit gnatum generosa à stirpe Rudolphum,
Qui fuit egregius virtute, armisq; celebris,
Et Comes, illustris quondam vir, Martius Heros,
Tempore quo Comitis, Sueuos conscripserat Auceps
Heinricus primus cognomine Auceps Rom: Imp: certaminis equestris author.
Heinricus primus, certaminis author equestris:
Secula lapsa nouem, triginta & quatuor anni
De Christo; certamen erat pro tempore primum
Magdenburgensi celebratum fortiter vrbe;
Huc omnes Comites, proceres, magniq; Dynastæ

Turma-

Turmatim veniunt, equitum magna agmina iungunt,
Inter quos etiam magna virtute Rudolphus,
Zollerius Comes illuſtris prælucet amænus,
Principe cum Bauaro, magno ſtipatus equorum
Agmine, Saxonicas Comes vt contendit ad aras,
Cum Comite Achalmâ veteri de ſtirpe VVilhelmo,
Cumq; Bipontino Comite, & cum principe magno,
Nempe Palatino Rheni Duce: cumq; Sueuo
Ductore Hermanno, certamen equeſtre ſubibat,
Et magnum hoc emenſus iter Comes ille Rudolphus,
Zollerio de patre ſatus, Dancone celebri.
Illius vxor erat Rheneccæ ſtirpis Eliſa,
Quæ peperit Comitem nobis pia mater Othonem,
Qui Magdenburgum patrem comitatus ad vrbem,
Atq; ibi ſe magnis Ducibus commiſcuit armis
Inclytus, atq; illo certamine clarus equeſtri.
Hîc etiam Margretha fuit, genitore Rudolpho
Filia præluſtris, quondam ſociata marito,
Nempe Theodrico Pintingo ſtemmate claro:
Nunc vidua, atq; illo fuit in certamine Iudex,
Et quoq; ſpectatrix pugnæ, ſua præmia cuiq;
Diſtribuens, altos Dominis largitur honores,
Et capitis criſtas, galeas, & ſerta, coronas
Exhibet hæc Ducibus claris, magnisq; Dynaſtis.
Talis erat Comitis quondam Margretha Rudolphi
Filia: quæ primo fuit in certamine equeſtri
Spectatrix, rerumq; Comes, ſua cuiq; rependens
Præmia virtutis, victricis munera palmæ.
Creſcite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares: antiqua ſtirpe celebres.

Rudolphus Danconis à Zollern filius interfuit primo certamini equeſtri Magdenburgenſi año 934.

Eliſabetha Comitiſſa Rheineccia vxor Rudolphi Comitis à Zollern.

Otho Comes à Zollern interfuit vnà cum patre Rudolpho certamini equeſtri Magdenburgenſi.

Margretha Comitiſſa à Zollern vidua diſtribuit honores & præmia in certamine equeſtri.

Otho Comes à Zollern, filius Rudolphi, è Comitissa Rheineccæ stirpis Elisa: nepos Danconis è Comitißa Ciliensi: pronepos Thaßalonis, Comitis à Zollern primarij, &c.

STirpe Veringensi fuit vxor Othilia quondam
Othonis Comitis, quæ chari pignora lecti
Edidit in lucem duo, quæ tibi carmine dicam.
Hac VVolffgangus erat primus de stirpe: secundus
Nomine Fridlinus, Zolleram qui tenet arcem,
Et sibi coniugio iunxit de stirpe celebrem
Vxorem Austriacam, de Kærnten Marchionissam,
Cum qua nulla quidem generauit pignora lecti.

Fridolinus Comes à Zollern vxorem habuit Marchionissam de Kærntē Austriacam.

Filius Othonis, VVolffgangus nomine dictus,
Mezam coniugij Comitissam duxit amore,
Nassouià de stirpe satam, sociamq; fidelem,
Cum quâ progenuit Fridericum, nomine primum
Zollerium Comitem, Dominum, patriæq; patronum,
Et simul Agnetem genuerunt ambo parentes,

VVolffgangus Comes à Zollern vxorem habuit Mezam Comitissam Nassouianā.

Quam Comes in thalami sociam Burckhardus ab alta
Sede Veringensi duxit, propriamq; dicauit,
Cum qua Burckhardus ternum certamen equestre
Visitat. Ebrardo Lotharingo præmia palmæ
Obtulit hæc Agnes, Comes illustrissima quondam.
Vrbs iacet ad stagnum Constantia dicta profundum,
Qua certamen erat celebratum, circiter annum
Octauum, transacta nouem sunt secula, nato
A Christo, quadraginta simul fœliciter anni:
Tum pater Agnetis certaminis huius in vrbe
Prædicta VVolffgangus erat pugnator equestris,

Agnes Comitissa de Zollern, vxor Burckardi Comitis in Veringen.

Eberhardus Dux Lotharingiæ Comes in Eggisheim.

Et

Et præſignis equo, præluſtri pectore & armis.
Filius huius erat Fridericus, nomine primus,
De quo magnificas tamen has tibi carmine laudes
Dicimus, æternæ carmen memorabile famæ:
Zolleriam cum pace domum defendit, & Arcem
Cuſtodit, renouat, confirmat, munit, & auget:
Pacificus Fridericus erat, pietatis amator
Plurimus: egregiè reſpondit nominis omen.
Illius Hochberga coniux fuit Vrſula nata
Sanguine præluſtri, Comitiſſa hac ſtirpe celebris,
Cum qua progenuit chari tria pignora lecti,
Zollerios Comites, olim grauitate valentes.
Nomine primus erat gemino Burckhardus Ianus:
Alter Fridricus: ſed tertius ille Iohannes
Vir fuit illuſtris, pugnà Comes acer equeſtri,
Qua iacet vrbs celebris fluuio contermina Rheno,
Largus vbi placido prælabitur amne Moſella,
Treueris, omnigenæ vendens commercia terræ,
Quando hîc Conradus certamen equeſtre Sueuus
Inſtituit Cæſar, Ducibus de more vocatis:
Tempore eo fuerant de Chriſto mille peracti:
Cum decimo nono lapſo fœliciter anno:
Armipotens quando pugnator equeſtris Ianus,
Zolleria de ſtripe ſatus, pugnæq; peritus,
Vixerat in Sueuo Comes hic gratiſſimus agro.
Creſcite Zollerij Comites, virtute potentes.
Relligione pares: antiqua ſtripe celebres.

Fridericus Comes à Zollern nominis huius primus qui regnauit

Vrsula Comitiſſa ab Hohenberga vxor Friderici.

Ioannes Burckhardus: Fridlin⁹: Ioañes, Comites à Zollern.

Vrbs Treueris, vulgò Trier.

Anno 1019 celebratum eſt certamen equeſtre.



FRIDOLINVS VEL FRIDERICVS SECVNDVS, COMES A ZOLLERN, FILIus Friderici primi: Nepos VVolffgangi, è Comitissa Nassouiana: pronepos Othonis, è Comitissa Veringensi Othilia: Abnepos Danconis, è Comitissa Ciliensi: Adnepos Thassalonis Comitis à Zollern primarij.

NVnc tibi Fridlini memorabo fratris Iani
Pignora, quot lecti post fata reliquerit olim.
Ille Palatinam sibi iunxit amore Sophiam,
Stirpe Tubingensi veteri de stemmate natam,
Cum qua progenuit dulcissima pignora lecti
Quatuor, & primum studijs addixit honestis:
Fundator Cœnobij Alberspaccensis anno 1190. Alberspachensis fuit ille Canonicus ædis,
Conuentusq; sacri socius, Comes, ordinis huius
Defensor, verusq; suorum cultor auorum,
Qui sacra Cœnobij fundamenta ritè locârunt,
Sultzenses Comites, veteri quoq; stemmate clari.
Filius alter erat Fridolini nomine dictus
Burckhardus, Comes illustri grauitate decorus:
Tertius est VVetzel: Ioannes quartus Itellus,
Ioannes Itellus Comes à Zollern. Zollerij Comites, veteri de stirpe nepotes:
Quorum nota fides, & bello viuida virtus,
Cognita dexteritas, priscis perspecta diebus,
Inprimis ductor Sueuorum quando Rudolphus
Rheinfeldæ Dominus Regnum imperiale volebat
Affectare sacrum, dominari victor in orbe
Romani imperij, populo se obtrudere Sueuo,
Et Zæringensem Teccensi sede receptum
Berchtoldum pulsare Ducem, sine iure rebellem.

Hoc

Hoc igitur bello ceciderunt cæde perempti
Zollerij Comites belli virtutibus ambo:
VVetzelius, tum cretus eodem ſanguine frater,
Burckhardus prope Merſpurgum, moriente Rudolpho
Cæſare, dextra manus cuius fuit enſe reſecta:
Intereunt ambo præclari Martis alumni,
Ergò Sueuorum Domino Ductore Rudolpho
Exempto, occiſo, defuncto, & ritè ſepulto:
Impetrat vnoculus Fridericus ab arce Ducatum
Stauffenſi natus, Sueui Dux inclytus orbis.
Vt Comes HERMANNVS CONTRACTVS nomine dictus,
Hæc benè commemorat libro monumenta vetuſto.
Mille vbi de Chriſto Mundus numerauerat annos,
Et ſexaginta perierunt ordine lapſi,
Tum fuit hoc bellum furioſo Marte peractum.
Nunc tibi Burckhardi recitabo pignora lecti,
Filioloſq; canam, iuſto ſimul ordine dicam.
Vxor Anaſtaſia eſt, Reinfelda ſtirpe creata,
Et Ducis in Sueuo fuit hæc ſoror orbe Rudolphi,
Cæſaris electi, Merſpurgi in cæde perempti:
Cum qua progenuit Burckhardus quinq; celebres,
Et ſimul illuſtres generoſo à ſanguine gnatos:
Primus enim Fridericus erat, Burckhardus & alter,
Tertius Albertus, quartus cognomine Maute
Fridricus: Comes Vlricus fuit ordine Quintus:
Filia Denckmutis Berchtoldo nupta marito,
De Biberaccenſi præclaro ſtemmate nato,
Rockenburgenſem fundârunt ſumptibus ædem
Pluribus, & ſacris fecerunt vſibus aptum
Cœnobium, largo dotârunt munere ſedem.
Frater Adelbertus Monachus fuit ordine factus,

Bellum exortum inter ducem Sueuiæ Berchtoldū & Comitem de Zæringen in arce Teccenſi habitantem, &c.

Fridericus Anticus & monoculus Dux Sueuiæ Comes à Stauffen.

Hermannus Contractus Chronographus Comes à Veringen.

Anaſtaſia Comitiſſa de Rhenifelden, ſoror Rudolphi Ducis Sueuiæ & electi Cæſaris Burckhardi Comitis à Zollern vxor.

Comites à Zollern.

Fundatores Cœnobij Rockenburgenſis anno 1126.

 Alper-

Alperſpaccenſi per vota beata receptus
Cœnobio vixit, vitæ dum clauderet æuum.
Fridericus Comes à Zollern cõſiliarius Cæſaris Heinrici Quarti.
Sed Fridericus erat magnus ſu per orbe dynaſta,
Zolleriæ dominus, cuſtos fidiſſimus arcis,
Vir celebris, quondam ſumtis Comes acer in armis:
Qui Salzburgenſem Comitiſſam ſtemmate claram
Duxerat vxorem, poſt ſe ſine prole relictam.
Huic Fridericus erat frater cognomine Maute,
Burckhardi gnatus Comitis, gratiſſimus olim
Heinrico quarto, qui ſceptra gerebat in orbe
Romano Cæſar: cuius fidiſſimus olim
Hic Fridericus erat vir conſiliarius aulæ,
Et ſocius, rerumq́; Comes, per caſtra, per ignes.
Vrbs iacet ad Rhenum, Spiram dixêre coloni,
Hanc Nemetes olim populi incoluêre vetuſti:
Hîc licet in pictâ Friderici inſignia portâ
Cernere: & Heinrici prælustria Cæſaris arma.
Illius vxor erat Kyburga à ſtirpe vetuſta
Progenita: hæc peperit fœlici quatuor ortu
Comites à Zollern è Comitiſſa Kyburgica nati.
Illuſtres Comites, Friderico Maute parente.
Gnatus erat primogenitus de patre Rudolphus,
Alter Adelbertus: Fridericus tertius ortam
Editus in lucem: Cunzlinus nomine quartus,
Pôſt ſoror illorum, fuit hæc Emerentia dicta:
Emerentia Comitiſſa à Zollern
Sed defuncta ſuis perijt iuuenilibus annis,
Flore in virgineo, tanquam roſa pulcra cadebat.
Cùm fuit Heinricus Cæſar, cognomine Quintus,
Romano ſummis rerum dominator in orbe.
Fridericus Maute Comes à Zollern vixit anno 1100.
Mille & centenos Chriſtus numerauerat annos,
Tempore quo vixit Fridericus Maute vocatus,
Zolleriæ dominus, multùm vir gratus in aula.

Cæ-

Cæſarea, quondam ſumptis Comes impiger armis,
Cui precor æternam requiem, reditumq; beatum
Ad vitam: NOBIS per Chriſti fata paratam.
Creſcite Zollerij Comites: virtute potentes,
Relligione pares: antiquâ ſtirpe celebres.

FRIDERICVS, COGNOMENTO MAVTE, COMES A ZOLLERN: FILIVS

Burckhardi, è Comitiſſa Rheinfeldiana Anaſtaſia, filia Rudolphi Ducis Sueuiæ, & electi Cæſaris: Nepos Friderici vel Fridolini ſecundi, è Comitiſſa Sophia Palatina Tubingenſi: pronepos Friderici primi, è Comitiſſa Vrſula Hohenbergenſi: abnepos VVolffgangi, è Comitiſſa Naſſouiana: Adnepos Othonis, è Comitiſſa Veringenſi Othilia.

NVnc tibi Mautini Friderici pignora lecti
Expediam, paucis iuſto tamen ordine metris.
Filius huius erat patrio cognomine dictus
Fridricus: thalamo de Zimbern ſtirpe Sophiam
Iunxerat ille ſuo, factus pro more maritus.
Sed Comes Albertus moritur ſine coniuge cælebs.
Cunradus frater, vel Cuntzius ore vocatus:
Hic ſeſe multum ſumptis exercuit armis.
Vrbs iacet ad Limagum fluuio ſtagnante profundum
Metropolis, veteri ſurgit circundata muro
Zyrchia, vel Tigurum, geminas aqua diuidit vrbes,
Sed tamen has iterum iungit pons ſaxeus ambas:
Hîc Bauarus Guelpho magni vir Martis alumnus,
Collectis Ducibus certamen equeſtre parabat,
Principibusq; viris, claris virtute Dynaſtis:
Inter quos etiam comparet Cuntzius, armis

Zurchia, quaſi zwey Reich/ Duregum dicta.

Non benè constructis, neq; digno Marte politis.
Propterea meritò, spectatus ab ordine equestri,
Dicitur exclusus, pugnaq́; remotus ab omni.
Frater & ipsius, vir clarus equestribus armis,
Et Comes illustris fuerat, dictusq́; Rudolphus:
Bellorum pugnas didicit, certamina Martis
Expertus, multùm rebus iactatus in arctis.

Hugo Palatinus Comes â Toingẽ, hoc est Tubingẽ, Comes Brigantiæ Dominus Ruggæ & Gerhusij, &c.

Vrbs iacet ad Nicrum, veteres dixêre TOINGAM:
Hugo Palatinus patrio hanc de iure tenebat,
Inq́; Tubingensi Dominus fuit inclytus vrbe,
Qui magnum mouit Sueuo super orbe tumultum,
Et magnam turbam cum seditione furentem
Excitat Hugo Comes, quondam vir fortibus ausis:
Quando Meringensem Bauaro destruxerat Arcem

Caussa huius belli.

Guelphoni, & captos suspenderet arce ministros.
Hinc oritur bellum, concursus vbiq; nefandus
In tota patriâ Sueuorum plurimus orâ.
Quamprimùm Guelpho Comes hoc audisset iniquum,
Nec dignum facinus: sed Marte fremente piandum:
Continuò Sueuam compleuit milite terram:
Guelpho Tubingensem totam circundedit vrbem

Guelpho Iunior Bauariæ Dux Comes in Rauenspurg, &c.

Iunior: Hugonem cupiens captare furentem;
Italicas senior Guelpho properanter ad vras
Festinat currens, caussâ grauiore citatus.
Huc venit Augustâ præsignis Episcopus orbe,
Guelphoni socius, stipatus milite multo,
VVormatiensis adest: Spirensis Episcopus idem

Præsidium & auxilium Guelphonis.

Aduenit, adducens numeroso milite turbam.
Dux quoq; Berchtoldus, Zæringâ stirpe creatus,
Multis principibus ruit huc comitantibus illum,
Atq; Tubingensem circundant protinus vrbem.

Marchio Badensis cum fratribus aduenit ardens,
Et Pfullendorffâ natus de sede Rudolphus.
Parte alia occurrunt Caluensi à stirpe vetustâ
Illustres Comites, generoso à sanguine fratres,
Nempe Rauenspurga Godefridus ab vrbe Rudolphus,
Germani fratres, Mauortia tela gerentes.
Hos Comes Hermannus Kyburga à sede secutus,
Et Comes Heinricus celebris de stirpe Veringâ:
Huc Comes Albertus numeroso milite cinctus
Aduolat, Habspurgo genus alto à sanguine ducens:
Et Vohburgensi de stemmate Marchio clarus
Aduenit, & turmam fortem comitatur euntem
De THAM Berchtoldus, multis stipantibus ipsum
Militibus, cincti decies bis mille paratis:
Omnes hi turmâ Comites stipante Tubingam
Vndiq; cingentes vrbem, tentoria figunt,
Hugo Palatinus, socijs & Rege receptis:
Filius huc etenim CONRADI Regis in alto
Præsidio fuerat, Sueuorum Ductor amænus,
Saufteæ stirpis, Fridericus nomine dictus.
Omnes hi veniunt Septembri in mense Tubingam.
Postea Zollerios vicino à limite cunctos
Aduocat huc Comites, qui iussa fideliter implent,
Adueniunt, mágnâ post se comitante caterua.
Ergò vbi conueniunt partes, socia agmina iungunt;
Continuò strictos gladios & prælia miscent:
Fit sonitus, magnusq; fragor, strepitusq, cadentum,
It cœlo clamor; iactant ad sydera voces,
Steinachius rivus multùm, vallisq; remugit,
Namq; Tubingenses meliori in parte locati,
In cornu dextro pugnabant acriter omnes.

Rudolphus à Pfullendorff.

Hermannus Comes à Kyburga.

Berchtoldus de Tham.

Præsidium & auxilium Hugonis Palatini Comitis à Toingen.

Anno 1165. die 6 Septembris.

CunzoRudolphus Comites à Zollern defensores vrbis Tubingensis.

Donec

Donec erant lapſæ geminæ pugnantibus horæ,
Et ruerent altis denſæ de montibus vmbræ,
Nox ſimul obſcuras afferet vbiq; tenebras.

Pugna durauit vtrinq; per duas horas continuas.

Ergò fugam capiunt, & tuta ſilentia quærunt
Syluarum cuncti Guelphonis in agmine ciues,
Exigui numero; quorum pars maxima cæſi,
Pars captiuorum fuit innumerabilis horum:
Quos Comes Hugo domum conſtrictos fune Tubingam
Duxit; & hîc captos benè cuſtodiuit inermes.

Guelpho Dux Bauariæ fugam capit in arcem Achalm prope Reuttlingam.

Guelpho fugam capiens Achalmam venit in Arcem,
Quæ prope Reitlingam ſcopulo ſupereminet alto,
Inq; Rauenſpurgam ſe contulit inde paternam.
Guelpho domum triſtis rediens, elapſus ab hoſte
Saluus & incolumis,, magnis ſit gratia diuis.
Nuncia fama volat, Romana per oppida currens,

Fama malũ, quo non aliud velocius vllum.

Quæ citò Guelphonis tendit ſenioris ad aures,
Filius vt Guelpho bellârit Marte ſiniſtro,
Et quantam ſtragem, quantum irreparabile damnum
Fecerit, & captos quot fune reliquerit hoſti.
Continuò Italicis redijt properanter ab oris,
Et patriam quærit Guelpho, & miſerabile Regnum
Conſpicit infrendens, magnam vix continet iram.

Induciæ fiunt ad annum.

Hugo Palatinus pacem confirmat ad annum,
Carcere captiuos dimittit fune ligatos.
Interea cupidus vindictæ Guelpho, paratus
Inſtruere inſidias, in qualibet arte nocentes,
Hugoni Comiti munitas funditus arces

Chelmyntz & VVyller, arces munitæ deſtruuntur â Guelphone Duce Bauaro.

Deſtruit, exurit crepitantibus omnia flammis.
Prima fuit Chelmyntz, VVylleria dicta ſecunda,
Quas Guelpho Bauarus diſperdidit igne crematas.
Continuò ſocios conſcripſetat Hugo priores:

Nempe

Nempe Ducem Sueuum, Fridericum nomine dictum,
A Roteburgensi Tuberanâ sede vocatum:
Protinus ingenti venit is comitante cateruâ;
Et secum duxit gnatum de rege Boëmo
Progenitum, magnumq; virum, Mauortis alumnum.
Zollerij Comites etiam sunt protinus omnes
Præsenti auxilio, Guelphonis in oppida præstò
Turba ruunt, & damna parant, populantur, & vrunt,
Per loca Sueuorum, per rura Bohemica vastant
Omnia, donec eis dominator maximus orbis,
Imperij præses pacem mandauit vtrinq;:
Fridricus Cæsar partes conscripsit ad Vlmam,
Et rem composuit totam, litemq; diremit.
Quando trium Regum lux illo tempore grata
Adfuit, & partes hîc audirentur vtrinq;:
Scilicet Heinrico Bauaro de principe, & alto
Cæsare Fridrico transacta negotia rerum:
Hugo Palatinus Comes est damnatus ad antrum
Carceris, inq; manum Guelphoni traditus hosti,
Qui captum totum benè custodiuit in annum,
Donec & elapsi fuerant sex ordine menses.
Ex hac historia poteris cognoscere Lector,
Quales & quanti fuerint super orbe Sueuo
Zollerij Comites, belli virtute potentes:
Et simul illustres factis, pietate decori:
Quando Tubingensem tutantur ab hostibus agrum,
Et se vicino præstarent rure patronos.
Nunc tibi, quæ fuerit thalamo coniuncta Rudolpho,
Illustri Comiti, referam: quæ pignora lecti.
Gundelfingensis claris natalibus Agnes
Orta fuit, quondam genitore creata Barone,

Filius Regis Bohemiæ.

Pacificatio & reconciliatio facta est Vlmæ Anno 1168.

Hugo Palatinus damnatus ad carcerem, & ibi retentus ad annũ & sex menses.

Agnes Baronissa de Gundelfingẽ vxor Comitis Rudolphi à Zollern.

Cum qua progenuit prælustria pignora lecti
Quatuor: & thalamo iunxit pater ipse iugali.
Nam Fridericus erat primus: Burckhardus & alter;
Tertius est etiam Fridericus nomine dictus,
Illius frater Conradus in ordine quartus.
Duxit ab Habspurgo Comitissam stemmate natam
Fridricus, iunctam sibi adhuc iuuenilibus annis.
Pòst Vohburgensi Comitissam stirpe celebrem,
Et sociam thalami Conradus nomine duxit.
Burckhardus moritur cælebs, sine prole relicta,
Cœnobio ad sanctum Blasium sua condidit ossa,
Quod iacet Hercynia sacratum sumtibus altis
In sylua: huc dotes Burckhardus tradidit amplas.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes:
Relligione pares, antiqua stirpe celebres.

Fridericus Burckhardus, item Fridericus & Conradus Comites à Zollern.

Cœnobium ad S. Blasium in Hercynia sylua fundatum.

FRIDERICVS NOMINE QVINTVS, COMES A ZOLLERN, FILIVS RVdolphi ex Agnete Baronissa Gundelfingensi, nepos Friderici quarti cognomento Maute, ex Comitissa Kyburgica: pronepos Friderici tertij, ex Comitissa Saltzburgensi: abnepos Burckhardi, ex Comitissa Rheinfeldensi Anastasia: adnepos Friderici secundi, vel Fridolini, è Palatina Comitissa Tubingẽsi Sophia, &c.

MVndus vt à Christo numerauit secula nato
Vndena: & quintus quoq; nonagesimus annus
In cursu fuerat, Fridericus nomine Quintus
Zolleria vixit Comes optatissimus Arce,
Illustris generosus Herus, factisq́; decorus.
Ille Bipontinam Comitissam duxerat olim
In sociam thalami, cum qua sua pignora lecti,
Nempe duos gnatos genuit: tres adde puellas;

Anno 1195. vixit Fridericus quintus Comes à Zollern, cuius vxor erat Bipontina.

Itel-

Itelfridricum tali cognomineprimum.
Et fratrem genuit Fridericum nomine tantùm,
Vt quoq; Zolleriæ supereſſent ſemina gentis.

Duxit Vdalhildin Fridericus ſextus ab arce
Zolleria, veteri Dillinga ſtirpe creatam.
Qui ſacra Stettenſis fundârunt limina clauſtri,
Vt tibi directo memorauimus ordine ſuprà,
Et te lectorem cum pace remittimus illuc.

Fridericus ſextus Comes à Zollern, vxor, Vdalhildis, Comitiſſa de Dillingen, fundatores cœnobij Stettenſis, Anno 1267 die 6. Ianuarij.

Nunc tibi Fridrici tres commemorabo ſorores,
Cum quibus hæ iunctæ quondam vixêre maritis.
Nam dominam primam ſibi iunxit amore Sophiam,
Fyrſtenbergenſi Conradus ab arce dynaſta:
Cum qua tranquillæ tranſegit tempora vitæ.

Tum Spanheimenſi Domino ſoror altera nupta
Anna fuit quondam, numeroſa prole beata,

VVirtenbergenſi Comiti data tertia coniux,
Vxor Vdalhildis, Fridericus & ipſe maritus
Cœnobio ſacro Stettenſi corpora ponunt,
Vt fundatores illic in pace quieſcant.

Creſcite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares, antiqua ſtirpe celebres.

Italfridricus vixit Comes inclytus olim:
Zollerius Dominus, tali cognomine primus,
Burggraphiusq; Comes, Noribergæ ſedis & arcis,
Duxerat Habſpurga natam de ſtemmate Martham,
Quæ ſoror excelſi fuerat Comitiſſa Rudolphi:
Cæſaris hæc placidis cum coniuge vixerat annis.

Italfridericus primus Comes à Zollern factus Burggraphius vel Comes Caſtrenſis Noribergicus Anno 1289.

Secula de Chriſto duodena peracta fuerunt,
Septuaginta ſimul ſex & fœliciter anni:

Austriacæ ſenior cùm Dux Lupoldus arenæ
Bellum contra Epiſcopum Baſilienſem.
Conſtituit pugnam Baſilææ fortis equeſtrem,
Quam celebrent domini de nobilitate decori.
Collectis igitur multis, pugnare paratis:
Interea ciues magnum mouêre tumultum;
Seditione graui; de nobilitate potentes
Tres occiderunt, cum ſeruis ſtrage peremtis
Pluribus: Habſpurgus captus fuit vrbe Rudolphus,
Et Comes Heinricus Thettuuanga ſtirpe celebris,
Fridericus Itellus Comes à Zollern captus eſt in bello cum reliquis ſocijs.
Zolleriusq; Comes captus Fridericus Itellus,
Captus & Hochburga vir Marchio ſtirpe Rudolphus,
In Rœtteln Dominus, reliquis in vincla miniſtris
Coniectis, donec tragœdia mota ſileſcit.
Poſt hæc, viginti reuolutis menſibus anni
Elapſi, Comes Habſpurga de ſtirpe Rudolphus,
Zolleriusq; Comes, Baſilæam milite cingunt,
Heinricumq; patrem Neoburga ſtirpe celebrem
Inuadunt bello: Martis certamine preſſant.
Sed pater Heinricus, Baſilæus Epiſcopus almam
Implorat pacem, concordia fœdera ſancit.
Obſes factus eſt Italfridericus à Zollern ſororius Comitis Rudolphi Habſpurgenſis.
Obſidis ergò loco datus eſt Fridericus Itellus,
Zollerius Comes, Habſpurga de ſtirpe Rudolphi
Affinis: ſimul Heinricum dedit arce decorum
Fyrſtenbergenſi Comitem, ſociumq; fidelem.
Econtrà Hochburga dominum de ſede patronum,
Obſidis atq; loco promiſit Epiſcopus vrbis:
Atq; Gerolzecko ſeniorem ſtemmate natum,
Vt belli cœptam componant ordine rixam.
Poſt hæc electus cùm Cæſar in orbe fuiſſet
Hic Comes, Habſpurgâ genitus de ſtirpe Rudolphus,
Primus euangelium lætum Fridericus Itellus

Ob-

Obtulit: Affini noua gaudia portat ouanti,
Atq; nouo Regem titulo maiore salutat.
Hinc Comes est factus Noribergæ sedis & arcis
Burggraphius: princeps titulo grauiore vocatus.
Burggraphiatus enim, feudum sine prole relictum
Imperio fuerat sacro, sceptroq; Rudolphi
Subiectum: benè quod Friderico tradit Itello.
Hunc Comes accepit noster Fridericus honorem,
Maximus in Sueuis, sumptis vir Martius armis.
A quo prælustres iam ducunt stemmatis ortum
Brandenburgiaci magnâ virtute Dynastæ:
Lumina Romani nunc illustrissima Regni.
Itelfridrici gnatus successor Ianus,
Qui Norībergensem sedem possedit & arcem,
Post se Fridricum præclaro stemmate gnatum,
Et successorem Noriberga in sede reliquit.
Post hunc Fridricus Burggraphius vltimus arcis
Vixit: & hunc titulum tantùm seruauit honestum,
Brandenburgiacæ factus vir Marchio terræ,
Electorq; grauis, supremus in ordine princeps,
Cæsare Sigmundo sic constituente benigno,
Tradidit imperij Fridrico sceptra gerenti:
Nunc quoq; Zollerij Comitatus signa vetusti.
Sed quò digredior? quo me pia carmina ducunt?
Latius hinc paulò progressus ab ordine nostro,
Nunc ad propositum, vetus hîc ad stemma reuortor.

Itelfridericus affert lætum nuncium sororio suo Rudolpho Habspurgensi: quòd electus esset Rom: Imper.

Comites Castrēses à Niernberga, & Marchiones Brandenburgici ortum & originem ducunt à Comitibus Zollerianis.

Digressio.



FRI-

FRIDERICVS SEPTIMVS

COMES A ZOLLERN, FILIVS FRIDERICI SEXti è Comitiſſa Vdalhilde, fundatrice Cœnobij Stettenſis; nepos Friderici quinti, è Comitiſſa Bipontina: pronepos Rudolphi è Baroniſſa Gundelſingenſi: abnepos Friderici quarti, cognomento Maute, ex Comitiſſa Kyburgica: adnepos Friderici tertij ex Comitiſſa Saltzburgenſi, &c.

Septimus in numero Fridericus vixerat olim,
Zolleriæ dominus ſedis, poſſeſſor & arcis,
A ſexto genitus: Friderici frater Itelli,
Duxit Vdalhildin Dillinga à ſede paterna,
Fridricus genitor, Comitis ſoror illa ſuperſtes
Hermanni fuerat, Dillingæ ſtirpis honeſtæ:
Hermannus Comes à Dillinga vlteriusfactus eſt Epiſcopus vrbis Auguſtanæ. Mortuus hic autem cælebs ſine coniuge frater,
Qui fuit Auguſtæ vir clarus Epiſcopus vrbis:
Cum qua Fridricus numeroſa prole beatus,
Coniuge vixit ouans: præluſtria pignora lecti
Plurima progenuit, repleret vt ordine gentem.
Primus erat genitus partu fœlice Ioannes,
Ioannes Comes à Zollern factus canonicus Maguntinẽſis Eccleſiæ & Argentinẽſis. In Maguntinâ fuit ille Canonicus vrbe,
Argentinenſi ſtudijs ſimul vrbe ſacratis
Hîc Comes addictus, Muſiſq́, patronus honeſtis.
Charta vetus loquitur, teſtis membrana ſuperſtes,
In qua Zollerij fit mentio honeſta Ioannis,
Mundus vt à Chriſto numerauit mille, triginta,
Atq; annos centum, felici pace quieſcat.
Anno 1130. Filius alter erat Friderico à patre Rudolphus
Progenitus quondam, ſumtis Comes impiger armis:
Magnus eques properat Tigurinam armatus ad vrbem,

Atq;

Atq; ibi prælustri certamine lusit equestri,
Mundus vt à Christo numerauit secula nato
Vndena, atq; annos iam sexaginta peractos.
Rheinecca duxit dominam de stirpe celebrem,
Cum qua tranquillæ transegit tempora vitæ.
Tum fuit Albertus frater de stirpe Rudolphi
Zolleria natus, pietatis plurimus author,
Qui Benedictino fundauit in ordine sacram
Alperspachensem magnis cum sumtibus ædem,
Cum Comite Aluuigo Sultzensi stemmate claro.
Is fuit affinis (nam duxerat ille sororem)
Alberti Comitis, cui nomen Othilia fecit.
Illi cœnobium primo fundamine sacrum
Constituunt, Monachis Hirsauga à sede receptis.
Mille & centenos Christus numereuerat annos,
Nonaginta simul, quando stetit ordine sacrum
Hoc Benedictino claustrum, pietate colendum.
Sed fuit Alberti coniux Margretha mariti.
Helffensteinensi de stemmate nata celebri:
Illius Anna soror Stettensi vixit in æde,
Et Monialis erat, vitam traduxit honestam.
Marchio Krayburga genitus de stirpe Sophiam
Duxerat vxorem, lecti sociamq; iugalis,
Cum qua perduxit multos fœliciter annos.
Sic tibi Fridrici memoraui pignora sexti
Omnia: de sera iam posteritate Nepotes.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares, antiqua stirpe celebres.
Italfridricum tibi nunc memorabo, secundum
Zollerium Comitem, quo non præstantior alter
Vixerat: in terra Comes inferiore celebris

Certamen equestre Tiguri habitum Anno 1160.

Fundatores Cœnobii Alperspachensis 1190.

Hirsaugia mater multorum Cœnobiorum in Suevia & Saxonia.

Italfridricus secundus Comes à Zollern.

AD-

ADMIRALIS erat Magnus: terraq; mariq;
Insignes miles, Friderici gnatus Itelli,
Burggraphij Illustris, Noriberga in sede recepti
Filius, & Marthæ Comitissæ, stemmate natæ
Habspurgo celebri, quæ nobis sanguine talem
Edidit Heroëm felice puerpera partu,
Cuius adhuc superest sculptum vetus ære sigillum,
Exprimit hoc etiam Belgarum in margine linguam.
Mundus vt à Christo numerauit secula nato,
Bis sex, tres annos, & septuaginta peractos,
Vixit anno 1273. Tum fuit Itellus Fridricus ab arce secundus
Zolleria in viuis, & sumptis clarus in armis,
Hic Hildegardim, factus de more maritus,
Hildegardis Comitissa de Schlisselberg, vxor Friderici Itelli Comitis à Zollern. Schlisselbergensem duxit de stirpe celebrem,
Cuius adhuc hodie cernuntur imagine claues,
In templo Hechingæ sculptis insignia saxis,
Cum reliquis multis, picta hæc laquearibus altis.
Hîc videas etiam, Comitum vexilla vetusta
Dependere suis contusis vndiq; villis:
Antiquitates in templo Hechingensi. Vt sint Zolleridum Comitum monumenta priorum
Ad virtutis opus, prælustria signa Nepotum.
Filius huius erat Fridericus nomine dictus;
Italfridricus cognomine tertius, alter
Editus in lucem, quorum pia facta canemus,
Si prius ipsorum descripsero quinque sorores,
Cum quibus in thalamo iunctæ sint lege iugali.
I rstenbergensi Comiti de stirpe marito
Zolleria prognata domo, Comitissa Sophia
Nupserat: & vitam traduxerat illa iugalem.
Sed Chunigunda soror nullos experta labores
Lucinæ: sacro Monialis in ordine facta est

Hic,

Hîc, vbi cœnobium prope Baden Beyra vetuſtum:
Nunc iacet hîc, vitam Chunigunda peregit honeſtam.
Fronhouius Caſpar, claro vir nobilis ortu
Zolleriam vxorem duxit, de nomine Claram,
Cum qua progenuit ſobolem quoq; ſtemmate claram.
Poſtea Berchtoldo Zolerenſis Bertha marito
Nupta fuit, VValpurgenſi de ſtemmate nato,
De Schliſſelberga generoſo ſtirpe Baroni
Conrado Leutgardis erat ſociata marito:
Cui Blaſſenburgam dederat Franconia ſedem,
Qui Neydeckenſi perfoſſus in arce reliquit
Dulcis opus vitæ, miſer expirauit ibidem.
Pignora ſic breuiter memorauimus ordine lecti
Italfridrici Comitis, de ſtirpe ſecundi.
Zolleria gnatos memorabimus ergò viciſſim.
Italfridricus, cognomine Tertius arcis
Zolleriæ dominus, Friderico fratre ſuperſtes,
Alter Zolleriam, Schalckſburgam poſſidet alter,
Hechingâ ſenior: ſed iunior vrbe Balingâ
Vixit vterq; Comes, tranquilla in pace gubernans
Quiſq; ſuum populum: donec mors abſtulit ambos.
Poſt ſe liquerunt Fridericos ambo gemellos,
Qui ſe Zollerios Comites ſine nomine dictos,
Et quaſi mirificè natos de more vocabant:
Nomina celantes: & ſe ſine nomine ſcribunt
Fridricos, vt præ reliquis prælustria facta
Ipſorum toto commendarentur in orbe:
Quæ nunc exactis tibi lector amice referrem
Omnia promtus ego, niſi Mars fregiſſet, & arcem,
Et veteres libros, chartas ætate vetuſtas.
Ergò reliquerunt Comites ſine Nomine laudes

Cœnobium Beyrenſe prope Baden Marchionis.

Anno 1306.

Duo Friderici alter Hechingæ alter Balingæ habitauit.

Comites à Zollern Anonymi dicti.
Die vngenanten Graffen von Zollern.

Bellorum motus & incendia multas antiquitates perdiderunt.

Nullas? aut planè obſcuras poſt fata relictas?
Haud reor: Annales modò ſi, chartæq; vetuſtæ
Hîc nobis teſtes ſupereſſent, igne peremtæ.
Nunc tamen alterius tibi dicam pignora lecti,
Qui ſe Fridricum ſine nomine ſæpè vocauit.
VVirtenbergenſem Margretham nomine duxit,
Cum qua progenuit claro de ſanguine gnatum,
Quem quoq; Fridricum patrio de more vocabat,
Et cognomento feſto de paſchate ſumto,
Fritz Oſtertagum ſcripſit ſe nomine primum,
Vt quoq; præ reliquis Fridericis eſſet in orbe
Maior: & illuſtris per magna negotia rerum.
Poſt hunc Albertum genuit, cui Sponſa fidelis
Helffenſteinenſi de ſtirpe eſt credita virgo.
Filius alter erat dictus Fridericus Ianus,
Ille Rauenſpurga certamen equeſtre ſub vrbe
Vidit, & illuſtrem ſubijt de more palæſtram.
Nunc ſimul iſthorum dicam cum laude ſorores,
Coniugio quibus hæ iunctæ vixêre maritis:
Prima Sabaudino fuit Agnes nupta dynaſtæ
De Voux, inſigni vel nobile ſtemma trahenti.
Nupſit Eberſteino Comiti Catharina marito,
Othoni claro, iam pleno nobilis æuo.
Poſtea Landgraphio Breyſſenſi nupta Sophia,
De Fyrſtenberga qui ſe quoq; ſtirpe vocabat.
Sic tibi Fridrici Comitis ſine nomine dicti,
Carminibus paucis deſcripſi pignora lecti.
Creſcite Zollerij Comites, virtute potentes:
Relligione pares; antiqua ſtirpe celebres.

Fridricus Anonymus Comes à Zollern duxit Comitiſſam de VVirtẽberga Margrethã.

Fridericus cognomento Oſtertag.

Ioannes Fridericus Comes à Zollern interfuit certamini equeſtri Rauenſpurgenſi Anno 1311.



FRI.

FRIDERICVS COGNOMENTO OSTERTAG, COMES A ZOLLERN, FILIVS

Friderici anonymi, è Comitissa VVirtenbergica Margretha, patruus Friderici Comitis à Zollern, & liberi Baronis in Schalcksburg: nepos Italofriderici tertij: patruelis Friderici Comitis in Schalcksburg: pronepos Italofriderici secundi, è Comitissa Hildegarde Schlysselbergensi: abnepos Italofriderici primi Burggraphij Noribergensis, è Comitissa Habspurgensi Martha, sorore Rudolphi Cæsaris electi, &c.

Protinus hic etiam Friderici carmine vitam
Expediam nostro: sibi qui de paschate nomen
Fecit, & hinc dictus fuit OSTERTAGIVS olim.

Fridericus cognomento Ostertag Comes à Zollern.

Hic Comes egregius, facili de mente facetus,
Vir fuit humanus, placidoq; affabilis ore,
Cum quibus ipse fuit, potuit perferre patiq;,
Semper & hinc lætæ traduxit tempora vitæ.

Concordiâ res paruæ crescunt, discordiâ magnæ dilabuntur.

Cum patruele tamen (fratrum quoq; gratia rara est)
Noluit vnanimis concordi pace fruisci:
Sed fuerant sanè discordi mente propinqui,
Et propè vicini, semper magni insuper hostes.
Zolleriam Fridricus habet sedemq; domumq;,
Schalcksburgam patruelis habet de patre receptam
Illustri: totâ fruitur cum rure Balingâ.
Raro conueniunt patrueli sanguine iuncti:
Sed malè discordi semper certamine viuunt.
Interea multum se iactans arce superbus
Zolleria, vulnus tacitum sub pectus alebat,
Ardet auaritia, miseraq; cupidine totus.

Erumpens tandem dixit: Si fata tulissent
Iam dudum Comitem patrueli sanguine iunctum,
Cumq; suo gnato fragili, semperq; minanti
Interitum mortemq; sibi, qui viribus expers
Corpus habet, neq; tam multos durabit in annos:
Tunc ego Zolleria solus dominabor in arce,
Solus & imperio totam retinebo Balingam:
Si modò cum gnato patruelis obiret, & hostis
Ille meus patriam sine prole relinqueret oram.
Sic Ostertagus sua pectoris intima prodit
Et profert, satis imprudens arcana reuelat.
Hæc Comes expertus Fridericus nomine Mylin,
A Zollern dominus, Schalcksburgi Baro, Comesq;
Vltimus: inq; animo patruelis verba reseruat.
Filius interea, Gottfridus nomine dictus,
Morbo correptus, naturæ debita soluit,
Quem pater extinctum luctu deplorat acerbo,
Et deflet gnatum, per tristia fata solutum:
Nec tamen hîc certum patruelem reddidit huius
Funeris & mortis: sed tristia funera solus
Ducit ad exequias, destinatumq; sepulcrum.
Est locus, vt suprà memini, qui nomine Stetten
Dicitur: huc olim posuerunt morte soluta
Corpora Zollerii Comites: huc ergò propinquant
Ad tumulum tristes, cum fletibus ora rigantes.
Funeris ignarus, tantiq; doloris, & omnis
Inscius est luctus patruelis, in arce triumphans
Zolleria, exultans, gaudens, & tympana pulsans:
Hîc choreas ducunt, & Bacchanalia viuunt,
Nec quicquam metuit, lætus conuiuia tractat.
Ergò vbi percepit luctu patruelis acerbo,

Quomodo Balinga Frischlinorum patria vendita sit à Comite Zolleriano Comitibus VVirtenbergicis Anno 1384.

Locus sepulturæ Comitum à Zollern.

Hoc

Hoc tulit indignè, tristis sua tecta reuisit,
Ad patriam rediJt, feruente furore repletus,
Consilium capit, & vindex cupit esse superbi
Elatiq; animi, facti meminisse nefandi.
Continuò Vrachâ Ludouicum sede vocauit,
VVirtenbergensem Comitem, magnumq; dynastam,
Vendidit huic omnem, toto cum rure, Balingam,
Et precio vili, firmatis omnia chartis
Confirmant Comites, ita res firmatur vtrinq;,
Et rata perpetuò stetit hactenus ære soluto:
Quæ mihi Frischlino patria est dulcissima Nutrix:
Vigintiq; simul pulcris circundata pagis.
In medio turris tenui perflabilis aura
Surgit, & in formam se dirigit alta rotundam,
Sicut & Vrachæ similem tibi cernere turrim
Hîc licet: accepit formam cum culmine eandem,
Quam Comes erexit de VVirtenbergide terra
Luduuicus, patriæ dominus, nouus incola terræ.
Mundus vt à Christo bis septem secula nato,
Et quadraginta lapsos numerauerat annos,
Hæc erecta stetit cupreo cum culmine turris,
Par Vracensi formâ, similisq; figurâ:
Altior illa tamen magis ornat vbiq; Balingam,
Et circumpositos pagos simul aspicit omnes.
Cùm fuit Vlricus, cognomine dictus Amatus,
Luduuici frater Comitis, vir strenuus armis,
De Palatino Friderico principe captus,
Atq; iterum magno precio redimendus & ære:
Pignoris ergò loco mea patria terra locatur,
Et Bubenhofensi Conrado traditur omnis:
Ille coronatos decies bis mille reponit,

Ludouicus Comes VVirtenbergicus Vrachæ habitauit año 1383.

Turris Balingensis simillima est Turri Vrachianæ materia, forma & figura.

Turris Balingensis est alta custodia & specula pagorum subiacentium.

Balinga oppignoratur decies bis mille coronatis.

Et patriam retinet, donec ſibi debita ſumma
Soluitur: Vlricus liber de carcere factus.
Me iuuat hîc verſu paulò maiore Balingam
E priſcis celebrare libris, chronicisq́; vetuſtis.
Hîc etenim memini me deſcripſiſſe libellum
De bellis veterum geſtis, & rebus amœnis,
Et quoq; præclaris, inter quas ſcripta recenſent
Hermanni fratris cuiuſdam verba Minorum.
Hic ait: vt Chriſtus numerauit mille, ducentos,
Atq; triginta annos, cum ſeditione tumultus
Maximus exoritur, non hoſpes ab hoſpite tutus.
Non procul à patria iacet Hohenberga vetuſta,
Vndiq; ſtant fractis, ſine tecto, rudera muris,
Hac olim Comites habitârunt arce celebres:
Hi cum Zollerijs mouerunt bella dynaſtis.
Protinus ergò ruunt, & rura Balingica vaſtant,
Oppidulum flammis exurunt funditus, atq;
Mœnia diſperdunt, & culmina ſumma domorum
Deijciunt, miſerisq́; malis graſſantur in hoſtes,
Et patriæ ciues indigna ſtrage trucidant:
Donec erat tandem concordia facta perennis,
Aurea pax iterum rebus firmata ſepultis,
Inter Zollerium Fridericum nomine ſextum,
Et ſimul Albertum celſo de monte creatum.
Collecti ciues fractam renouare Balingam
Incipiunt, primùm patriæ noua mœnia ponunt,
Nec tamen in ſedem poſuerunt ſtructa priorem
Mœnia: ſed ſuprâ paullum ſubmota reponunt,
Sicut adhuc hodie veteris veſtigia muri
Cernuntur, loca cum varijs manifeſta ruinis.
Maturare iubent omnes opus ergò colonos,

Frater Hermañus ordinis Minorum chronographus hæc refert in lib. manuſcripto.

Hohenbergenſes Comites Balingã funditus delent, & flammis exurunt anno 1230.

Rudera & maceriæ veteris Balingæ.

Baldlinga olim dicta colonis.

Et

Et quaſi Baldlingam ſedem nouitate vocârunt,
Hanc Deus incolumem multos conſeruet in annos,
Vt pote nutricem, quâ primi luminis auras
Aſpexi, quondam materna egreſſus ab aluo,
Et quâ Friſchlini maiores tempore priſco
Vixerunt, veteres de poſteritate coloni.
Nunc iterum redeo cœptam percurrere telam,
Et prius expediam Friderici pignora lecti, Liberi Friderici Oſtertagij.
Qui ſe Oſtertagum ficto cognomine dixit.
Duxerat Agnetem Comitiſſam, ſtemmate claram
Nellenburgiaco, numeroſa prole beatam.
Hæc etenim peperit Fridericum nomine gnatum,
Quem pater Abbatem fecit prædiuitis Augæ.
Hic ergò monachus moritur ſine coniuge cælebs.
Poſtea Fridricum peperit de paſchate dictum. Fridericus ſecundus Oſtertagius canonicus Argentinenſis factus eſt anno 1344.
Qui ſe Oſtertagum patrio de nomine dixit:
Argentorati fuit ille canonicus olim
Factus, & Auguſtæ ſtudijs addictus honeſtis:
Mundus vt à Chriſto numerauit ſecula nato
Iam tredecim, quadraginta ſimul, quoq; quatuor annos.
Sed frater magnæ vir ſtrenuitatis Ianus Ioannes Comes à Zollern interfuit certamini equeſtri habito in Ingelnheim.
Extitit in Sueuo multum gratiſſimus aruo:
Eſt locus, Ingelnheim fecit ſibi nominis omen,
Ille Moguntina non longè diſtat ab vrbe,
Huc confluxerunt multi, magniq; dynaſtæ,
Inter quos etiam Comes hic apparet Ianus
Zollerius, ſumtis vir non inſtrenuus haſtis
Cum reliquis grauitate viris ſe immiſcuit armis:
Nam pugnæ palmam victricis præmia victor
Plurima deportans, patriam peruenit ad oram,
Cum VVirtenbergo Comite exhilaratus Ebhardo, Eberhardus Comes à VVirtenberg, vagiens dictus.

Qui

Qui ſe Greynerum vulgari nomine dixit:
1337 Anno. Mille trecenteni fuerant, anniq; triginta,
Et ſeptem lapſi de Chriſti tempore nati.
Verſibus his etiam paucis memorabo ſorores
Et gnatas, Friderice, tuo de ſemine cretas.
Abenſpergenſi domino Margretha iugali
Nupta toro, coniux Carli fidiſſima lecti.
Altera Buchbergo domino coniuncta marito,
Zolleria generata domo: ſata ſanguine claro,
Tertia Montſaxo Comiti ſponſata Ioanni:
Magdalena fuit lecti ſocia alma iugalis.
Sic Oſtertagi Friderici pignora lecti
Omnia comprendi, quanto licet ordine, dixi.
Creſcite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares, antiqua ſtirpe celebres.
Poſt Oſtertagum Fridericum ſceptra capeſſit,
Zolleriamq; domum ſolito de iure gubernat,
Qui ſe Fridricum dixit cognomine nigrum:
Strenuus ille fuit vir ſumtis miles in armis,
Magnus eques: quondam gratiſſimus hoſpes in aula
Cæſaris: hic aluit patrio de more cohortem
Belligeratorum, peditumq; equitumq; cateruam,
Cum magna grauitate viros clàm fouit alumnos,
Ingenio prudens, & pectore fortis, & armis
Illuſtris Comes ille fuit, bello impiger orto:
Qui cognomento Niger, Octauusq; vocatus,
Zolleria quondam genitus Fridericus ab arce:
Cuius Adelheydis celſo de monte creata
Vxor erat, quondam Burckhardi filia, magni
Strenuitate viri, Comitis ſuper arce vetuſta
Hochberga celebres: Friderico nupta marito,

Filiæ Friderici Oſtertagij quib⁹ nuptæ ſint coniugibus.

Fridricus cognomento Niger Comes à Zollern.

Adelheydis Comitiſſa Hohenbergenſis Burckhardi filia.

Cum

Cum qua progenuit numeroſam ſemine prolem.
Mundus vt à Chriſto numerauit ſecula nato
Iam tredecim, quadraginta ſimul fœliciter annos,
Itelfridricus ſenior genitricis ab aluo
Editus in lucem, vitales hauſerat auras.
Hunc Oettingerum Fridericum nomine dicunt.
Poſt hunc Fridricus, Conſtantis Epiſcopus vrbis
Natus erat, ſtudijs Comes informatus honeſtis:
Nam fuit ingenio clarus, virtutibus auctus
Pluribus: & Comitum multorum gratus in aulis:
In Gotliebenſi moritur Comes arce vetuſta:
Vix tres elapſos regnauit Epiſcopus annos,
Sed tamen officium magna cum laude peregit,
Mille quater centum Chriſtus numerauerat annos,
Adde triginta ſimul: lapſus fuit ordine ſextus.
Eſt locus, hunc veteres Sempachum nomine dicunt,
Hîc Comes à Zollern, Sigfridus nomine dictus
Occubuit miſer in bello, proſtratus ab hoſte,
Cum Duce Lupoldo cecidit Comes acer in armis,
Auſtriaco domino, belli furor abſtulit ambos.
Poſt hunc Sigfridum præluſtri ſemine gnatus,
Iohannitarum fuit ordinis Archimagiſter:
Hic quoq; Zollerides Fridericus nominis hæres,
Secula de Chriſto tredecim tranſacta fuerunt,
Et nonaginta, quoq; ſex fœliciter anni,
Cûm Villingenſi florenos tradidit olim
Centum cœnobio, zeli ex pietate locatos,
Illius vt monachi meminiſſent ritè quotannis,
Atq; illi requiem canerent, per vota precentur
Æternam pacem, quò mollius oſſa quieſcant.
Poſtea Naſſouio Comiti Margretha marito

Itelfridericus cognomento Oettinger.

Fridericus à Zollern Epiſcopus Conſtantienſis, Anno 1436.

Sigfridus Comes à Zollern occubuit in bello prope Sempach habito.

Fr[i]dericus Comes à Zollern Iohannitarum Archimagiſter.

Margretha Comitiſſa à Zollern

Nupta fuit, quondam Friderici filia nigri,
Cuius habes totam descriptam carmine stirpem,
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares: antiqua stirpe celebres.

FRIDERICVS COGNOMENTO OETTINGER, COMES A ZOLLERN, FILIVS

Friderici Nigri, è Comitissa Hôbenbergensi Adelheyde, Burckhardi filia, nepos Friderici, cognomento Ostertag, è Comitissa Agnete Nellenburgica, pronepos Friderici Anonymi, è Comitissa Wirtenbergica Margretha: abnepos Italofriderici tertij: adnepos Italofriderici Secundi, è Comitissa Hildegarde Schlysselbergensi, &c.

ITalfridricum versu celebrabo dynastam,
Atq; equitem magnum, clarum certamine equestri.
Vrbs iacet, Eslingam dicunt, ad flumina Nicri,
Collibus illustris, benè consita vitibus altis.
Anno 1374. celebratum est Eslingæ certamē equestre. Huc Comes Oettingus Fridericus nomine Itellus:
Venerat, illustri comitatu cinctus equestri,
Cùm tredecim Christus numerasset secula natus,
Septuaginta simul, lapsos & quattuor annos:
Huc properant, & turba ruunt, equitumq; caterua
Plurima, cōueniunt equites multi, Comitesq;, Ducesq;:
Inter quos etiam Comes Oettingerus, equestris
Vir pugnator adest, Friderici filius atri,
Caussa nominis. Zolleria de stirpe satus: cognomen habebat,
Quòd fuit Oettingæ teneris nutritus ab annis:
Nobilibus multis stipatus equestribus olim:
Magnus eques quondam Comes Oettingerus, & acer,
Vrbibus imperij non fidus amicus, & hostis.

Quic-

Quicquid enim potuit malè gratum, siue nociuum
Ciuibus imperij cum magno obtrudere sumtu:
Fecit, & huic semper placet irreparabile damnum. Hostis capitalis vrbium imperialium fuit Comes Oettingerus.
Inq; sinum ridens, illorumfouit & hostes,
Et benè defendit Comes: omni parte paratus
Vrbibus imperij malefactis promtus obesse.
Donec ad ingentem res hæc cum strage ruinam,
Et simul interitum Comitis peruenit, & arcis
Zolleriæ, quondam destructæ à sedibus imis:
Et quoniam constans est nulla Tyrannis in annos,
Et nullum longo violentum tempore durat,
Cui desunt vires, vana est sine viribus ira:
Quisquis es, exemplis veterum sapere vndiq; discas,
Vt tibi sint vsu, doctrina in rebus agendis.
Nos hanc historiam suprà memorauimus omnem,
Non opus est iterum rem bis narrare molestam. Vrsula Baronissa Rotzinsis vxor Friderici Oettingeri.
Baronissa fuit Rotzinsi stemmate nata
Vrsula: quæ thalami coniux fuit alma iugalis,
Atq; illi peperit chari tria pignora lecti,
Quæ tibi iam paucis memorabimus ordine metris,
Filius huius erat Fridericus nomine dictus,
VVirtenbergensi gratissimus hospes in aula,
Et Comiti Ebrardo charus, gratusq; minister,
Qui se Greynerum vulgari nomine dixit: Fridericus Comes à Zollern strenuus miles contra vrbes imperiales.
Tradidit huic sese totum, velut alter Achates,
Et socius rerum vir, consiliarius huius.
Vendidit huic olim pagos Comes inclytus, Heslach, Esselberg, Horchheim, Ensingen pagi venduntur Comiti VVirtenbergico de Comitatu Zolleriano Anno 1364.
Esselberg: Horchheim: pagum quoq; tradidit illi
Ensingen dictum, iuris ditione sub omni,
Mundus vt à Christo numerauit secula nato
Iam tredecim, sexaginta quoq; quatuor annos.

Vrbes imperij patrio quoq; more libenter
Vexabat, damnis affligebatq; malignis,
Cum Comite Ebrardo, de VVirtenbergide terra,
Milite prælustri, forti, & præstantibus ausis:
Qui tamen occubuit Reuttlinga strage sub vrbe
Ingenti facta, cadit & Fridericus ab arce
Zolleria: multis Heroibus atq; dynastis
Anno 1377. die Iouis post pentecosten. Occisis alijs à Reuttlingensibus olim.
Secula transierant tredecim de more peracta,
Septuaginta simul septem fœliciter anni,
Post Pentecosten cecidit Comes hoste peremtus,
Monte sub Achalmo, vitam finiuit amandam.
Delubrum S. Leonhardo sacrum nunc destructum est. Quâ quondam sancti, destructis vndiq; saxis,
Diua Leonhardi steterant delubra remoti.
Filius alter erat pro more canonicus vrbe
Argentinensi, Comes Heinrich nomine dictus.
Mille trecentenos Christus numerauerat annos,
Nonaginta duos, cùm vitæ clauderet æuum.
Iodocus Nicolaus Comes à Zollern. Ios Niclaus Tertius Oettingi Friderici filius olim,
Nicoleos dictus, vulgari voce Iodocus.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares, antiqua stirpe celebres.

IODOCVS NICOLAVS COMES A ZOLLERN, FILIVS ITALOFRIDERICI

Quarti, cognomento Oettingeri, è Baronissa Vrsula Rotzinsi, nepos Friderici Octaui, cognomento Nigri, è Comitissa Adelheyde Hohenbergensi, filia Burckhardi Comitis: pronepos Friderici, cognomento Ostertag, è Comitissa Agnete Nellenburgensi: abnepos Friderici ANONYMI, è Comitissa VVirtenbergica: adnepos Italofriderici Tertij.

Nunc

NVnc tibi Nicoleum versu memorabo Iodocum,
Qui fuit ingenio prudens, rerumq; peritus,
Zolleriæ extructor sedis, fundator & arcis
Inclytus: extructam rursus qui collocat arcem,
Sicut eam cernit specioso monte locatam
Quilibet Hechingam, qui transiit fortè viator,
Aspiciens castrum mirabile, monte superbum.
Quod fuit inuitis iterum de sede locatum
Vrbibus imperij: magnis conatibus omnes
Hoc opus impediunt, ne fracti turribus altis
Exurgant muri: sed cum squalore iacerent
Perpetuò strati, monstrarent rudera sedis
Zolleriæ, quondam fuimus Troës, omnia dicant.
Quod tamen Austriacus non vult concedere princeps
Et Dux Albertus, patriam squalore iacere,
(A qua maiores traxissent stemmatis ortum
Nempe sui) nolens in tanto; sed reparari
Zolleriam sedem, sortem miseratus iniquam.
Et Dux Burgunda Magnus de stirpe Philippus
Erigit ingenti sumtu de puluere sedem:
Et Brandenburgus patriam renouare cadentem
Adiuuat Albertus, nec parcit sumtibus vllis.
Marchio Badanâ veniens quoq; Carolus orâ,
Adiuuat hanc etiam summis pro viribus arcem
Extruere: & fractos in monte recondere muros.
Quid tibi commemorem? vati vix talia credes.
Præsentes fuerant dicti Comitesq; Ducesq;,
Et proprijs manibus simul ædificare laborant:
Malleus argento factus, situla atq; rotunda,
Cum trulla, atq; alijs preciosis ære metallis
Pluribus affabrè fictis, proprijsq; sigillis,

Quomodo Arx Zolleriana restaurata sit año 1426.

Mirabiles cæmentarij: & rari murarij & architecti arcis Zollerianæ.

Principes ipsi adiuuant suam patriam restaurare, arcem Zollerianam.

    Cum

Cum quibus hi muros polierunt atque locârunt,
Quæ magni huius adhuc facti monumenta supersunt.
Cæmentum subigunt alij, calcemq; ministrant:
Fyrstenbergensi Comes alto à sanguine cretus,
Calcis arenatum de Brandis Baro subegit,
Vt benè succedat sedis structura paternæ.
Mille quater centum Christus numerauerat annos,
Et fuit in cursu florente trigesimus annus,
Cùm stetit in scopulo, muris renouata, vetusto
Zolleriæ arx sedis: castrum mirabile visu,
Nicoleo extructum de fundatore Iodoco,
Quod Deus integrum multos conseruet in annos.
Coniux Nicolei quondam perchara Iodoci,
De VVerdenbergo fuerat generata Iohanne:
Quorum nunc chari referemus pignora lecti.
Filius Augustæ Fridericus Episcopus vrbis
Primus erat, sedis renouator vbiq; paternæ,
Hechingæ primùm restaurat mœnia fractæ,
Et templum renouans censu dotauit opimo.
Pòst Burladingæ posuit fundamina sedis,
Ædificans muris magnam prælustribus arcem:
Et Dillingensem muris renouauit amœnis,
Floribus herbarum varijs plantauit & hortum:
Nec non Zolleriam confirmat turribus arcem.
Plurima pauperibus Fridericus munera quondam
Largiter exponens, miseros inopesq; leuauit
Sumtibus, atq; humilem respexit munere plebem.
Hinc decimum nonum regnauit Episcopus annum,
Et vitæ absoluit cursum Fridericus honestum.
Mille vbi quingentos Christus numerauerat annos,
Et cursum quintus nondum compleuerat omnem:

Baro de Brandis cæmentarius.

Fridericus Comes à Zollern Episcopus Augustanus restaurator & renouator patriæ suæ Hechingensis & templi fundator.

Fridericus à Zollern beneficus in pauperes & egenos.

Obijt anno 1505 die octauo Martij

Men-

Menſis enim lucem monſtrauit Martius ortam
Octauam, qua Fridricus per fata ſolutus,
Quinquaginta annos cum luſtro vixerat vno.
Poſt hunc Nicoleos genuit cum matre Iodocus
Itelfridricum, quintum de more vocatum.
Creſcite Zollerij Comites, virtute potrntes,
Relligione pares: antiqua ſtirpe celebres.

ITELFRIDERICVS QVINTVS, ET PRIMVS ROM: IMP: CVBICVLARIVS,

& magnæ curiæ, aulæq; Cæſariæ Magiſter, filius Iodoci Nicolai Comitis à Zollern, è Comitiſſa Werdenbergica, Comitis Ioannis filiâ, nepos Friderici Oettingeri è Baroniſſa Rotzinſi Vrſula; pronepos Friderici Nigri è Comitiſſa Adelheyde Hohenbergica, Burckhardi filia: abnepos Friderici cognomento Oſtertag, è Comitiſſa Agnete Nellenburgica, &c.

PRotinus expediam verſu properante Iodoci
Nicolei gnatum, famâ ſuper æthera notum,
Italfridricum, tali cognomine quintum.
Is Maxmiljano primo dilectus, & hoſpes
Cæſarea quondam fuit optatiſſimus aula,
Curiæ & acceptus, nec non aulæq; Magiſter,
Intimus arcani cuſtos, hæreſq; cubilis,
Velleris aurati ſocius: laquearibus altis
In templo tabulis inſignia pulcra rotundis
Semper adhuc pendent: veſtigia talia monſtrant
Plurima ſcripturis Epitaphia ſcripta rotundis,
Nomina quęComitum monſtrant monumenta priorū.
Per varias pugnas, per Martia caſtra probatus
Itelfridricus multis benè cognitus oris,
Per mare, per terras, per multa pericula vitæ,

Tabulæ & antiquitates Comitum à Zollern in templo Hechingenſi ſpectabiles.

Vir

Vir fuit egregiè teneris instructus ab annis.
Cùm Generalis erat quondam capitaneus oris
Hispanis, multùm gratus, regiq; fidelis:
Hinc Comes accepit dominatum stirpe vetustum,
Nomine Rotzinsem: magnum de Cæsare donum:
Quod pòst mutatum Ducibus dedit omne dynastis
Austriacrs: sibi vicinam petit ille vetustam
Haigerlochensem sedem, magis vsq; propinquam;
Hinc Hochbergensis regionis totius ille
Italfridricus capitaneus extitit author,
Et quoq; Reuttlingæ magnum solenne tributum
Accipit: emeritæ virtutis præmia palmæ,
Quæ Comites hodie de posteritate Nepotes
Accipiunt, positi solennia munera feudi:
Quæ septem proceres, Ephori priùs omnia scriptis
Confirmant, manibusq; suis, proprijsq; sigillis.
Pòst Hechingensem sacratis legibus ædem
Et templum magnis dotauit sumtibus, illic
Instituens veteri collegia more Priorum,
Clericus vt psalmis ornaret plurimus illa,
Et sacros caneret cum laude canonicus hymnos.
Fecit item multos Aræ templiq; ministros,
Qui pro Fridrico requiem noctesq; diesq;
In templo cantent, vocesq; ad sydera iactent.
Est chorus in templo vulgari nomine dictus,
In cuius medio tumulus iacet, ex orychalco
Extructus mirè, cherubin stant quatuor alis
Dispersis, manibusq; tenent lychnosq; facesq;:
Coniugis & Comitis medio spectatur imago,
Et circum tumulum legitur scriptura quadratum:
Ecce sub hoc tumulo recubat Fridericus Itellus,

Quomodo Heigerlocha peruenerit ad ditionem Zollerensem quadam mutatione.

Sibenzig Reichs thaler: Fünff vnd zweihundert pfūd

Electores septē, Ephori Romani imperij approbârunt & confirmârunt añō 1513. die 26. Decembris.

Tumulus æneus ex orychalco conflatus & erectus, in honorē & memoriam sempiternam Italofriderici Quinti Comitis à Zollern.

Max-

Maxmylianorum primo dilectus amicus,
Et quoq; Cæſarea gratiſſimus hoſpes in aula,
Conſilijs dandis fœlix, nec inutilis auctor:
Hohenbergenſis capitaneus Arcis, & hæres,
Cæſarej cuſtos fidiſſimus ille cubilis.
Brandenburgenſi Madalenam ſtirpe creatam
Vxorem duxit, Ioachimi principis olim
Illuſtrem gnatam, quorum precor oſſa quieſcant
Molliter: & quondam per Chriſtum pace reſurgant.
Creſcite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares, antiqua ſtirpe celebres.
Italfridrici lecti tibi pignora Quinti
Nunc canere incipiam, primaq́; ab origine pandam.
Franciſcus VVolffgangus erat fœlice creatus
Ex partu in lucem, tenerisq́; eductus ab annis.
Hunc vbi confirmata virum iam fecerat ætas,
Duxerat in thalamum Badanam Marchioniſſam,
Et ſibi præluſtrem delegit amore Roſinam
Nomine, qui patris defuncti munera Feudi
Accepit quondam, gnatum poſt fata relinquens
Chriſtophorum, gemino Fridericum nomine dictum,
Zollerium Comitem, prorſus ſine prole ſepultum:
Qui traiectus erat ſcloppeti pondere plumbi
Hîc, vbi Marſiliæ iacet vrbi proxima tellus.
Deinde Ioachimus, Friderici gnatus Itelli,
Franciſci frater, claris natalibus ortus,
Chriſtophori teneris Friderici tutor in annis,
Adq́; miniſtrator rerum, regniq́; paterni
Extitit: ex chartis licet iſta videre vetuſtis.
Carolus huic Quintus confirmat in vrbe tributum,
Quod Reuttlingenſi capiat de iure patergo,

Franciſc⁹ VVolffgangus Comes à Zollern interfuit nuptijs Ducis Vlrici VVirtenbergici Anno 1511. in ferijs Bacchanaliorum.

Chriſtophoru Fridericus Comes à Zollern.

Tmeſis.
Ioachimus Fridericus Comes à Zollern adminiſtrator & tutor Chriſtophori Friderici fuit.

Donec ad ætatem veniat Comes ille virilem:
Christophorus tanto Fridericus amore locoq;
Cæsaris est habitus, patruus Ioachimus & ipse.
Duxit Anastasiam thalami Ioachimus, amicam
Stœfflinæ gentis, de stirpe propaginis alta:
Cum qua progenuit claro de stemmate gnatum
Nicoleum, quondam cognomine nempè Iodocum,
Zollerium Comitem, sicut post illa canemus.
Italfridrici Quinti fuit ordine sextus
Italfridricus, patrio de nomine dictus,
Brandenburgiacâ de matre creatus honestâ.
Sed prius isthorum memorabo ritè sorores,
Quæ, quales fuerint, quibus & sint ordine nuptæ.
Anna soror virgo monialis facta sacerdos
Hechingam prope, Stettensi permansit in æde.
VVandelabra Alberto Comiti datur apta marito,
Hohenloënsi veteri de stirpe creato:
Quæ genus antiquum mater fœliciter auxit,
Atq; propagauit longæua stirpe nepotes.
Tertia Luduuici consors est facta cubilis
Oettingi Comitis, Salome cognomine dicta,
Cum qua progenuit fœcundo semine prolem,
Auxit & egregios de posteritate Nepotes.
Sic breuiter cecini Friderici pignora Itelli
Omnia, qua potui breuitate referre decenti.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares: antiqua stirpe celebres.

Anastasia Comitissa de Stœfflen vxor Ioachimi Friderici.

VVandelabra Comitissa à Zollern.

Salome Comitissa de Zollern.



IODOCVS NICOLAVS, SECVNDVS HVIVS NOMINIS COMES A ZOLLERN,

filius Ioachimi Comitis, é Comitiſſa Anaſtaſia de Stœfflin: nepos Friderici Itelli quinti, & primi Romani Imperij Cubicularij hæreditarij: capitanei arcis & ditionis Hohenbergenſis, &c. è Marchioniſſa Brandenburgiaca Magdalena: pronepos Iodoci Nicolei primi, ê Comitiſſa Werdenbergica, Ioannis filia: abnepos Friderici Oettingeri, è Baroniſſa Rotzinſi Vrſula: adnepos Friderici Nigri, è Comitiſſa Adelheye Hohenbergica, &c.

NVnc tibi Nicoleon verſu memorabo Iodocum,
Zollerium Comitem, magna grauitate ſecundum,
Qui poſt Chriſtophori Friderici fata ſepulti
Regnauit, patriam ſolus poſſedit & Arcem.
Huius erat genitor Ioachimus nomine dictus,
Vir pius, & ſumtis Comes haud inſtrenuus armis,
Inclytus à rebus geſtis: factisq; decoris.
Vrbs iacet, à Metio Romano nomen auitum
Obtinet: hæc Gallis Germanos miſcet alumnos:
Teutonicam linguam ſermone loquuntur ibidem
Gallorum mixto ciues: quam dia Moſella
Flumine currenti præterfluit, amne recuruo,
Olim Aquilæ, nunc Liligero benè ſubdita Regi,
Quam Rex Heinricus ſceptro ſubiecit auito,
Tempore, quo Chriſtus numerauit ſecula natus
Quinq; decem, quoq; luſtra decem, binosq; Decembres.
Carolus huc Quintus magnâ ſua caſtra cateruâ
Collocat: & contra Gallorum mœnia Regem
Cinxerat: hinc fruſtra obſeſſâ diſceſſit ab vrbe.
Huc quoq; Nicoleos ſe contulit ille Iodocus,

Parentes Iodoci Nicolai Comitis à Zollern.

Metz vrbs populoſa, Gallogermanica, ad Moſellam fluuium ſita, & Regi Gallorum ſubdita.

Iodocus Nicolaus Comes à Zollern in bello Metienſi fuit anno 1552.

Zolleria de ſtirpe ſatus, Comes inclytus armis,
Cum reliquis multis ducibus, magniſq; dynaſtis:
Inter quos etiam fuerat cognatus Achilles,
Brandenburgiacæ dominator Marchio terræ,
Albertus, rebus celeberrimus orbe peractis,
Nicoleo Comes & ſocius fuit ille Iodoco,
Duxq; reduxq; viæ fidiſſimus, alter Achates.
Vxor Nicolei quondam fuit Anna Iodoci,
De Zimbern Comitiſſa ſuis Natalibus orta.
Coniugio ſterili moritur, ſine prole relicta,
Et cum Nicoleo ſepelitur honeſta Iodoco
Matrona, & fatis conceſſerat Anna beatis.
Ergò vbi quingentos Chriſtus numerauerat annos,
Quinquaginta ſimul completis menſibus octo,
Iamq; dies decimus menſis fuit ortus Aprilis,
Nicoleos fatis naturæ debita ſoluens

Iodocus Nicolaus Comes à Zollern obijt anno 1558, 10 die Aprilis.

Diſceſſit: placidè & ſua condens oſſa ſepulcro,
Hechingæ in templo tumulatus pace quieſcit.
His precor exuuijs reditum, reditumq; beatum
Ad vitam: quando veniet lux vltima nobis,
Per Chriſtum ſacrata pijs lætiſſima cunctis.
Creſcite Zollerij Comites, virtute potentes.
Relligione pares, antiqua ſtirpe celebres.
Nicoleo extincto quondam ſine prole Iodoco,

Italfridricus 6. filius Italfridrici 5, nepos Ioannis.

Itelfridricus ſucceſſit in ordine ſextus,
Qui fuit illuſtris Comes, & virtute celebris,
Et ſimilis patri factis & rebus agendis.
Carolus hunc etiam quintus dilexit, & auxit
Diuitijs, & honore magis, tituliſq; decoris.
Militiæ fecit generalem Carolus illum,
Et Belgis populis Comitem, gentiq; rebelli

Ita-

Italicæ quondam præfecit Carolus iſtum.
Hinc fuit inſignis commiſſa ſtrage Pauiæ,
Ingenti ſtatuens fœlici Marte trophæum,
Quod tulit indignè quondam Comes æmulus huius,
Militiæ Hiſpanis natus capitaneus oris, Italfridricus ſextus veneno ſublatus eſt præ inuidia.
Inuidia plenus Comiti clàm dulce venenum
Exhibet: Heroëm Fridericum occidit Itellum:
Tanta eſt inuidiæ vis, atq; inimica tyrannis,
Ne Comes ad ſummos dignus conſcendat honores,
Et præponatur ſibi, peſſimus ille veretur:
Cui Deus emeritam pœnam, dignamq́; rependat
Mercedem factis, indignis moribus æquam:
Quem priús aurati ſocium delegerat agni, Viuit poſt funera virtus.
Carolus, imperij Rex inuictiſſimus olim.
Et talem Comiti defuncto miſit honorem,
Cùm iam ſublatus ſumto fuit ille veneno,
Et Comes in caſtris eſt mortuus ante Pauiam.
Mundus vt à Chriſto numeraſſet ſecula nato
Quinq; decem, luſtris quinis de more peractis,
Et decimus quintus menſis fuit ordine Iani Obijt anno 1525 Pauiæ in Italia 15 Ianuarij.
Nempe dies lapſus, Comes optimus ille ſepultus,
Itelfridricus de Zollern; pace quieſcat:
Hechingæ tabulam de poſteritate Nepotes
Illuſtrem poſuêre, ſuis decorantibus aram
Pigmentis, ſtatuisq́; ſuis, auroq́; nitentem.
Illa refert noſtro ſcripturam carmine talem:
Mundus vt à Chriſto quingentos mille peregit,
Annus & in curſu fœlice vigeſimus eſſet,
Hanc ſtatuens tabulam Fridericus, dictus Itellus,
De Zollern dominus, ſacri Camerarius orbis
Romani, & Regis quondám capitaneus alti,

Hiſpani Ductor, vir ſtrenuitate Brabanti
Præditus eximiâ, miles Gnoeppeq; celebris,
Hanc quondam ſacris fundauit ritibus Aram.
Nunc etiam Comitis chari pia pignora lecti
Ioanna Comitiſſa de Breſlau. Italfridrici memorabimus ordine ſexti,
Qui ſibi coniugij ſociam coniunxerat olim
De Breſlau genitam præclara ſtirpe Ioannam.
Eleonora fuit præſtanti corpore Nympha
Chriſtophoro ſponſata viro, benè nupta Truingo
Illuſtri Comiti, nato de ſtemmate claro.
De Sachs Vlrico ſoror altera nupta Philippo
Anna fuit, domino præluſtri tradita virgo,
Iohannes Chriſtophorus de Scala ex Vatritia gente veronæ natus: gener fuit Friderici ſexti Comitis à Zollern.
Chriſtophorus Sponſam de ſcalâ duxit Eliſam
Ioannes: Italis, Germanis notus & oris,
Patritia quondam genitus de gente Veronæ.
Poſtea Pfortzheyma Monialis in vrbe Roſina
Manſit, cœnobij, dum vixit, ſemper alumna,
Mox tamen Otilie teneris florentibus annis
Virgo cadit: Catharina ſoror quoq; fata ſororis
Subſequitur, precor, hîc omnes in pace quieſcant.
Poſtea Fridricus Fœlix de matre Iohanna
Fœlix Fridericus Comes à Zollern obiit anno 1550. die 30 Ian:
Editus in lucem, vitalis luminis auras
Aſpexit primùm, cui Fœlix nominis omen
De VVerdenbergâ dedit in Baptiſmate tincto,
Quando ipſum Fœlix ſacro de fonte leuaret.
Hic Simaringenſi Fœlix Fridericus in vrbe
Præfuerat patriæ non longo tempore terræ.
Mox etenim fatis ceſſit, ſine prole relicta.
Epitaphium Comitis à Zollern, Felicis Friderici.
Hechingæ tabulam pictis inſignibus altam
In templo cernes pendentem, carmine tali:
Hîc recubat Fœlix, Fridericus nomine dictus,

Zol-

Zolleriæ Dominus, Cameræ Imperialis honore,
Hæres, & custos sacri pro iure cubilis.
Mundus vt à Christo quingentos mille peregit,
Quinquaginta simul, sub tempore mensis Iani,
Quando dies solem trigesimus obtulit ortum,
Tum fuit extinctus Fœlix Fridericus, & isto
Nunc tumulo recubat, Fœlix in pace quiescat.
Vrbs iacet in Belgis, hanc incoluêre Senones,
Ad fluuium Seynam: primi dixêre coloni
Bryssellam, benè firmatis stant mœnia saxis:
Italfridricus quondam hîc fuit incola paruo
Tempore, militiæ præses, capitaneus olim
Hispani Regis: Ioanna puerpera facta est,
Atq; ibi magnanimum peperit cum nixibus ortum
Zollerium Carlum, tali cognomine primum:
Quem Karlus quintus sacro de fonte leuauit.
Ipsi magnanimi de se dans nomina Karli.
Itelfridricus post hunc fuit editus infans:
Qui postquàm ætatem tetigit de more virilem,
Continuò ingressus magni vestigia patris,
Et Comes illustris fuit, haud instrenuus armis,
Cæsareâ quondam gratissimus hospes in aulâ,
Et Carli quinti pars non externa senatus:
Vir iuuenis, fortisq; fuit, cui viuida bello
Pectore firma stetit robusto in corpore virtus.
Proh dolor interijt, frontem traiectus Itellus
Fridricus, Santes Comes hîc occisus ad vrbem,
Quem Deus Heroëm de morte exuscitet olim,
Cum benè defunctis, & Christi in pace sepultis.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares: antiqua stirpe celebres.

Bryssel in Belgio. in inferiore Germania sita.

Carolus à Zollern vnde suum nomen acceperit

Itellus Fridericus ad vrbem Santes bombarda traiectus occisus est.

CA-

CAROLVS, PRIMVS HVIVS NOMINIS COMES A ZOLLERN, FILIVS ITA-

lofriderici sexti, è Comitissa Ioanna de Bressiau: nepos Italofriderici quinti, è Marchionissa Brandenburgica Magdalena: pronepos Iodoci Nicolai Comitis à Zollern, è Comitissa Werdenbergica, filia Ioannis: abnepos Friderici Oettingeri, è Baronissa Rotzinsi Vrsula: abnepos Friderici Nigri, è Comitissa Adelbeyde Hohenbergica, &c.

NVnc tibi grandæuũ referent mea carmina Carlum,
Zolleriæ dominum, Zagarollæ è stirpe celebrem,
Qui fuit in Belgis Friderico natus Itello,
Brussellisq; satus, partu fœlice Iohannæ
Matris, & aspexit vitalis luminis auras.
Cùm iam bis senos tetigisset Carolus annos,
Missus in Hispani præcelsa palatia Regis,
Carolus â Karlo teneris nutritur ab annis
Induperatore, & custos est Regis, & aulæ
Cæsareæ gratus de Zollern Carolus hospes:
Donec ad ætatem venisset Carolus illam,
Vt posset populo leges & iura paterno
Condere: & obseruare modum probitate decorum.
Carolus imperij Rex illi Quintus (honore
Nominis, & sacri Baptismatis) obtulit vltrò,
Condonans illi prælustri munere Feudum,
Cùm Simaringensem Carlo daret optimus vrbem
Cæsar, & illius ditionis rura paterna:
Addidit huic Feudo maiori dote Veringam,
Et meritò: quoniam factis fuit inclytus olim
Carolus à Zollern, præclarus rebus agendis
Vir fuit, & Carlo gratus: Regiq; creato
Ferdnando charus: Regi fidusq; secundo

Parentes Caroli Comitis à Zollern.

Genattergelt. Honorariũ Baptismi.

Commendatio & laus Caroli primi Comitis à Zollern à rebus præclarè gestis.

Max-

Maxmilianorum paranymphus, & Archimagiſter,
Et Cameræ præſes, & conſiliarius aulæ:
Ille Gubernator turmæ fuit acer equeſtris,
Cùm ſexingentos, & duxit mille caballos:
Eſſet & æripedum magnus dominator equorum,
Carolus inſigni comitatu venit in oras
Gallorum Regis, qui nomine Carlus eodem
Dicitur: huic thalami conſortem adduxit honôram, Legatus Cæſaris in Galliam.
Fernandi gnatam Marſieram duxit & vrbem:
Saluus & incolumis Gallorum è finibus oram
Carolus in patriam redijt pergratus amandam.
Poſtea cùm gnatam thalamo iunxiſſet Eliſam
Hiſpano Regi Maxæmylianus, Iberam
A Zollern Dominus terram, comitantibus ipſum
Pluribus, eſt ingreſſus, iter fœlixq; peregit. Comitia Spiræ habita 1570.
Quâ iacet vrbs Nemetū, quam Spiram nomine dicunt,
Hîc Sponſam accepit de Zollern Carolus, aptam
Connubio, & regnum petijt paranymphus Iberum.
Frater in hunc thalamum Friſchlinus ſcripſit honeſtum Epithalamion Nicodemi Friſchlini Maxmiliano ſecundo exhibitum Spiræ.
Carmen, & hîc fœlix hymenæum condidit olim,
Maxmylianorum Regi pia vota ſecundo
Obtulit: & lauri pôſt hinc tulit ille coronam.
Ergò vbi tranſierant genialis tempora tædę,
Deſerit Heſperiam: germanam quæritat oram,
Atq; ita Zolleriam peruenit Carlus ad arcem.
Mundus vt à Chriſto quingentos mille peregit,
Septuaginta annos, patrios ingreſſus in agros,
Cùm prius Italiæ fines luſtrauerat, annos
Ante decem, tanquam legatus Cæſare miſſus Legatus ad Mantuam in Italiam.
De Ferdinando, quâ Mantua pulchra ſuperbit.
Carolus huc etiam venit, ſtipantibus ipſum

 Plu-

Pluribus: & Sponsam ductauit pronubus ipsam:
Dux gregis illius, turbæ omnis ductor equestris
Carolus à Zollern dominus, rerumq; peritus.
Hic etiam quondam, Ludouico principe primum
VVirtenbergensi festum celebrante iugale,
Venerat in magnâ Comitum Comes ipse cateruâ,
Ad Stuccardæam Teccæi principis aulam:
Carolus ingenua mentem cultissimus arte,
Et leges ac iura fori ciuilia doctus,
Armorumq; potens, quæ pubescentibus annis
Sæpius exeruit, dum curæ, animiq; viriles,
Et melior sanguis vires daret æmula, necdum
Temporibus geminis alberet cana senectus.
Ergò vbi Dorotheam Badanâ Carolus orâ
Marchio ductaret, Ludouico principi amicam,
Et thalami sociam sacratam fœdere firmo
VVirtenbergensi Sponsam dominoq; Duciq;
Traderet, illustri Genero propriamq; dicaret:
Tum quoq; grandæuus turbam comitatus equestrem
Carolus à Zollern, exornans munere tædas
VVirtenbergiacas, Sponsam præsentat ouantem
Cum Ducibus, magnisq; viris, populoq; frequenti:
Carolus elucet vultu, canaq; senecta.
Illius vxor erat Badani stemmatis Anna,
Atq; Hochburgensi de stirpe creata celebri:
Hæc peperit gnatos sex, & simul octo puellas,
Quas tibi præsenti referemus carmine nymphas.
Helfensteinensi Comiti data Sponsa Maria
Schuueickhardo, nostri pulcherrima filia Carli:
Hic Oeniponti præses fuit vrbe supremus,
Adq; ministrator rerum Comes, Archiducisq;

Carol9 à Zollern interfuit etiam nuptijs Ludouici Ducis VVirtenbergici, &c.

Fer-

Fernandi Austriaci præfectus, & Archimagister.
Post fuit Oettingo Comitissa Iohanna VVilhelmo
Desponsata viro, iam pleno nubilis æuo.
Deinde Leonhardo domino coniuncta Iacobe
De Zollern Comitissa viro (de stemmate Baro
Qui fuit Haarachæ dominus, de stirpe Rorauus)
Tertia virgo fuit præstantis filia Carli,
Post Helenam duxit gnatam de stemmate quartam
Nellenburgensis dominus, Comes inclytus arcis
Christophorus, propriamq; sibi de iure dicauit.
Mundus vt à Christo quingentos, mille peractos,
Cum tredecim lustris, numerasset circiter annos,
Mensis & Augusti Sancti lux orta Tiburti,
Tum fuit in cineres Helene Comitissa redacta:
Funera Christophori defuncta secuta mariti,
Cum quo pacatos vixit fœliciter annos,
Et tres illustri peperit de sanguine natos.
His pater antiquæ celeberrima nomina gentis
Inclyta contribuit, sacro Baptismate tinctis.
Filius Osualdus primus fuit ordine dictus
Nellenburgensis, non stemmatis vltima fama,
Multùm cœlicolis, multùm mortalibus ille
Gratus et acceptus, toto venerabilis orbe.
Alter Christophorus, patrij candoris imago,
Ex re nomen habens, gratum mortalibus omen.
Non etenim solùm gestauit pectore Christum:
Sed placuit tolerare crucem: perferre labores
Innumeros vitæ mortali in corpore duræ.
Tertius est Helenes dilectus filius alto
Sanguine progenitus, cum re cui nomen Ebhardi:
Ille suum nomen defendere fortiter ausus,

Eberhardus Comes in Nellenburg, Dominus in Dengen.

Et ſtuduit duri perferre pericula Martis.
Talis erat generoſa Comes, de ſtemmate nata
Zollerio quondam, generoſi filia Carli:
Cui meus æternum frater cum carmine nomen
Reddidit: immortale decus manet, atq; manebit,
Cuius adhuc exemplar adeſt, ſuper orbe ſuperſtes:
Eleonora ſoror Carlo fuit apta marito
Tradita VValpurgo, generoſo nupta Baroni
Vxor, & ingenuo Matrona pudore celebris.
Magdalena manet Monialis in ordine virgo:
Sic Amalia ſoror vitam tranſegit honeſtam
Et caſtam, nullos Lucinæ experta labores:
Et Chunigunda ſoror, votis addicta ſacratis,
Inſkouio manſit virgo caſtiſſima clauſtro.
Illarum Chriſtina ſoror iuuenilibus annis
Emoritur, flos virgineus languore ſolutus.
Nunc quoq; ſex gnatos, generoſi pignora lecti
Ordine deſcribam, noſtro tibi carmine dicam.
Ferfridus primo partu ſeſe obtulit infans,
Filius illuſtris Carli, generoſa propago:
Ter ſex hic dominus tetigit feliciter annos,
Briſgoiæ moritur iuuenili ætate Friburgi.
Frater Ehrenfridus poſt hunc enixus vt infans,
Mox hanc mortalem mutauit funere vitam:
Vt roſa, cùm Titan Eois ſurgit ab oris,
Floret, & eſt nitidis campus pulcerrimus herbis:
Occiduas rurſus cùm curſu contigit vndas,
Marceſſit ſubitò roſa, languida facta calore:
Sic nos naſcentes morimur, ſic gloria vitæ
Noſtra breuis ſubitò perit, ipſo in tempore partus:
Eſt hominum fallax, incerta, volatilis ætas,

Epithaphiũ Nicodemi Friſchlini & carmen lugubre editum Tubingæ, 1575.

Quæ

Quæ veluti rosa pulchra viget, moriturq́;, caditq́;:
Sic cecidit primo florentis limine vitæ
Hic Comes Ernfridus, de Zollern nomine dictus.
Postea progenitus vitalis luminis auras
Italfridricus conspexerat, inclytus Heros,
Qui nunc Zolleriam dominus benè possidet arcem,
Et pater est Sponsi, Iani Comes ille Georgi,
Quorum nunc dignas recitabimus ordine laudes.
Carolus hunc sequitur, materna egressus ab aluo,
Qui Simaringensem patrium nunc obtinet agrum.
Quintus frater adest Carlo genitore vocatus
Christophorus, cuius defuncti fata canemus,
Et sibi quæ fuerint transactæ tempora vitæ.
Deinde Comes frater Ioachimus, ab ordine sextus
Zollerides dominus, famâ super æthera notus.
Hæc fuerant Carli generosi pignora lecti,
Marchionissa suis quæ quondam nixibus Anna
Edidit in lucem, Carli post fata relicta,
Quæ partim nobis iam clara luce supersunt,
Partim cum Christo viuunt, & in æthere degunt.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares, antiqua stirpe celebres.

Italofridericus Comes & dominus à Zollern, qui nunc rerum potitur.

Carol⁹ à Zollern Dominus in Sigmaringen & Veringen, capitaneus ditionis Hohenbergensis.

CAROLVS, HVIVS NOMINIS SECVNDVS COMES A ZOLLERN, COMES IN

Sigmaringen & Veringen: dominus in Haigerloch & Webrstein, sacri Rom: Imp: cubicularius hæreditarius, Cæsariæ Maiestati à consilijs, & capitaneus Comitatus Hohenbergensis: filius Caroli primi à Zollern, è Marchionissa Badensi & Hochburgensi, nepos Italofriderici sexti, è Comitissa Ioanna de Bresslau: pronepos Italofriderici quinti, è Marchionissa Brandenburgica Magdalena: abnepos Iodoci Nicolai primi, è Comitissa Werdenbergica, adnepos Friderici Oettingeri, &c.

NVnc tibi Zollerium Carlum memorabo ſecundum,
Qui Simaringenſem patriæ nunc occupat agrum.
Ille vbi vir factus, vires ætate viriles
Attigit, & populo potuit dare iura paterno,
Euphroſiam duxit, thalamo propriamq; dicauit,
Quæ fuit Oettingo de ſtemmate nata vetuſto,
Cum qua progenuit præluſtria pignora lecti.
Primus erat partu natus felice Ioannes
Editus in lucem: loquitur ſermone latinam,
Et ſimul Italicam linguam, linguamq; Tudeſcam,
Et ſequitur magni veſtigia patris, auiq;:
Vt populo præſit patrio, gentiq; paternæ,
Principis officiũ. Et leges & iura Fori ciuilia doctus,
Parcere ſubiectis poſſit, frenare ſuperbos.
Iunior eſt frater dictus Fridericus Itellus.
Hic Eyſtettenſi Comes vrbe canonicus eſt nunc,
Deditus ille ſacris, ſtudijs addictus honeſtis.
Maxmyliana ſoror dudum coniuncta marito,
Et Neuhauſenſi cuidam benè tradita coniux,
Maxmiliana. Iacobe. Sabina. Hoc cum perplacidè peregrinis vixit in oris.
Heinricus Dapifer ſibi duxit amore Iacoben,
VValpurgæ Dominus, cum qua benè tranſigit æuum.
Virgo Sabina manet, iam pleno nubilis æuo
Hactenus: hanc etiam nuptum fortaſſe locabit
Carolus à Zollern Comes inclytus, & ſibi quendam
Inueniet Generum generoſo ſanguine natum.
De reliquis mihi nil conſtat: nam mater obiuit
In Chriſto placidè: ſua tradens oſſa ſepulcro.
Ergò vbi ſtrauiſſent immites funere parcæ
Euphroſiam, viduus per triſtia funera factus
Carolus, hic vidui penſauit damna cubilis,

Atq; aliam sibi stirpe parem, sociamq; laborum
Quærit, vt hac æui reliquos cum transigat annos.
Principis elegit viduam post fata Iacobi,
Qui fuit illustris Badanæ Marchio terræ,
Cum qua fœlices traduxit Carolus annos
Hactenus, & chari generauit pignora lecti.
Est hodie magnæ vir consiliarius aulæ
Cæsaris in Praga: Simaringæ Carolus oræ
Inclytus, & nostro bene consulit ille Rudolpho:
Aspiret cœptis bonus vndiq; Ioua secundis:
Et sibi concedat longæuæ tempora vitæ,
Et post hanc vitam fato meliore beatam.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes.
Relligione pares, antiqua stirpe celebres.
Christophori vitam versu memorabo peractam.
Heigerlochensem patriæ possederat vrbem,
Quando diuideret patrios cum fratribus agros.
Ergò vbi confirmata virum iam fecerat ætas,
Et posset patriæ fines, populumq; tueri,
Christophorus thalami consortem quærit honestam,
Cum qua transigeret placidos fœliciter annos.
Terra antiqua iacet, VVelspergam nomine dicunt,
Non procul illustri distans ditione Tyrolis:
Hinc sibi Christophorus Catharinam stirpe celebrem
Postulat, & thalami sociam delegit amandam,
Cum qua progenuit prælustri sanguine gnatos.
Alter Christophorus de patre vocatus, & alter
Carolus obtinuit sibi nominis omen auitum,
Ambo pares studijs florent, ætatibus ambo:
Quos Deus incolumes Pylios conseruet in annos,
Christophorumq; patrem de morte resuscitet olim,

Christophorus Comes à Zollern dominus in Heigerloch.

Catharina Comitissa à VVelsperga; vidua relicta Christophori Comitis à Zollern.

Inq; beatorum numerum benè transferat ipsum.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares: antiqua stirpe celebres.
Nunc etiam paucis Ioachimum versibus istis
Expediam fratrem, Carlo genitore creatum.
Hic fuerat studijs primis addictus in annis,
Vt fratres inter de more Canonicus esset.
Noluit is talem sine coniuge ducere vitam,
Sed quoq; connubio se iunxit amore iugali.
Est locus, hunc veteri Berlinum nomine dicunt,
Brandenburgiacis locus est celeberrimus oris:
Hîc Ioachimus erat thalami consorte beatus,
Et prole eximia: Iani dedit ipse Georgi
Nomen: & hinc cedens gnatum post fata reliquit,
De quo plura canam libro tibi nempe secundo:
Fata Ioachimum dudum tamen inde tulerunt,
Qui precor vt, Christo rursum veniente, resurgat,
Et cum cœlicolis capiat noua gaudia vitæ
Æternæ, requiemq; bonam, pacemq; benignam.
Crescite Zollerij Comites, virtute potentes,
Relligione pares: antiqua stirpe celebres.

ITALFRIDRICVS SEPTIMVS, COMES A ZOLLERN, SIGMARINGEN

& Veringen, dominus in Haigerloch & Wehrstein, sacri Rom. Imp: cubicularius hæreditarius, sacræ Cæsariæ Maiestati à consilijs, &c. Caroli primi à Zollern, è Marchionissa Badensi & Hochburgensi, filius: Italofriderici sexti, è Comitissa Ioanna de Bresslau, nepos: Italofriderici quinti, è Marchionissa Brandenburgica Magdalena pronepos: Iodoci Nicolai primi, è Comitissa Werdenbergica, abnepos: Friderici Oettingeri, è Baronissa Rotzinsi Vrsula, adnepos, &c.

Ital.

ITalfridricum grandæuum ætate canemus,
Zolleriæ Dominum ſedis: Sponſiq́; parentem.
Hic vbi vir factus ſtudijs addictus honeſtis,
Et ſeſe multum teneris exercuit annis,
Hechingæ extruxit magnis cum ſumptibus arcem,
Illuſtrem ſanè muris,& turribus altis,
Vt tibi iam ſuprà memorauimus omnia: quæq́;
Infrà dicemus, Comitis conclauia noſtro
Carmine ſi forſan deſcripſero ſplendida, ſumptu
Magnifico conſtructa, ſuis cælata columnis.
Ortenburgenſi de ſtirpe Veronica coniux
Prima fuit: fatis conceſſerat illa beatis,
Et clauſit miſeræ tempus lachrymabile vitæ.
Poſt hanc coniugij ſibi iunxit amore Sibyllam
Itelfridricus, de Zymbern ſtemmate natam,
Cum qua progenuit præluſtria pignora lecti.
Inprimis Sponſum te Iane George, celebrem
Zollerium Comitem, feſtiuo carmine dignum.
Poſt hunc filiolam cognomine Maxmylianam,
Illuſtrem Dominam generoſo ſanguine natam.
Deinde Sibylla parit partu felice Iohannam,
Illuſtres animas, præſtanti corpore Nymphas.
Sed nunc in cœlis cum Chriſto viuit: & æuum
Ducit in Angelico Comes illuſtriſſima cœtu:
Pauperibus clemens: fuit ore benigna Sibylla
Omnibus: æternum fecit ſibi nomen in æuum.
Vxor Eberſtenio de ſtemmate tertia, coniux
Italfridriricum ſeniorem viribus ægrum
Nunc fouet in gremio, reficit, ſolatur,& ardet.
Sic tibi Zollerium genus alto à ſanguine ductum
Deſcripſi breuiter, nongentos fermè per annos:

Studia & exercitia Italofriderici &c. Comitis à Zollern &c.

Primum coniugium Italofriderici Comitis à Zollern.

Parentes ſponſi Ioannis Georgij Comitis à Zollern

Maxmiliana Comitiſſa de Zollern Iohanna Comitiſſa de Zollern, ſorores ſponſi, &c. Obijt Anno 1599. ſepulta Heching.

Argumentum li-
bri se. undi.

E priscis monumenta libris, chronicisq́; vetustis,
Produxi in medium res gestas carmine dignas.
Nunc quoq; solennes thalamos & fœdera lecti
Iohannis Comitis sponsi celebrabo Georgi:
Conuentus Comitum celebres, epulasq́; virorum,
Magnifico instructas luxu, peditumq́; catervas:
Et turmas equitum: conflictis arma subannis
Cidiar, & totum describam versibus actum:
Et quo quisq; die genialis venerit hospes:
Atq; iterum Hechingâ quo tempore cesserit vrbe.
Tu modò sis facilis mihi Lector amice canenti,
Et præbe patulas nostris his versibus aures.



LIBER SECVNDVS DE NVPTIIS ZOLLERIANIS.

SEcula tranſierant Chriſti ter quina peracta,
Nonaginta anni lapſi feliciter octo:
Cùm Comes à Zollern Gnato connubia firmat,
Et feſtum geniale parat Fridericus Itellus:
Copulat illuſtri Franciſcam ſanguine natam
Gnato, Iohanni confirmans pacta Georgo
Omnia, quæ pepigit Friderico cum patre ſponſæ,
Rhenigenûm Domino, Vuildorum ſtemmate claro:
Qui ſibi Franciſcam Salmæâ ſtirpe celebrem
Duxerat vxorem, matrem, ſponſæq́; parentem.
Proh dolor, hæc extincta iacet Comitiſſa, ſocrusq́;,
Hinc ſibi nunc aliam Fridericus amore Sibyllam
Eyſenburgenſi delegerat Arce, Nouercam
Illuſtris ſponſæ: pepigerunt fœdera vtrinq;,
Quando voluntates iunxiſſent mentibus omnes
Vnanimes, feſtumq́; diem cum fœdere certum
Conſtituunt, de more ſacrum, quo pacta diei
Confirment omnes feſtum ad geniale vocati.
Ergò vbi feſtiuæ properabant tempora lucis
Italfridricus proſpexerat omnia prudens,
Et ſua prælargâ diſtenderat horrea meſſe,
Ingentem numerum modiorum ponit auenæ:
Vt poſſint ſerui dare pabula grata caballis.
Tum Comes Alſatico compleuit nectare cellas,
Sexaginta vehas, mitiſſima munera Bacchi,
Conuehit, hoſpitibus pergrata futura vocatis.
Huc emti Albano ducuntur rure iuuenci,
Et vituli innumeri, porcellorumq́; trecenta,
Pannonijq́; boues, teneri cum matribus agni:

Chronographia deſcriptionis nuptiarum.

Commendatio ſponſæ à parentibus.

Sibylla Iuliana Nouerca ſponſæ, Comitiſſa Eyſenbergenſis.

Præparatio & prouidentia Comitis Friderici ad futuras nuptias.

E sylvis etiam fertur genus omne volucrum,
Pennigeriq; greges, mensis aptissima perdix
Altilium grex. Venerat huc, & mollis anas, & dulcis alauda,
Cumq; saginatâ gallinâ, & aquaticus anser:
Huc veniunt Iunonis aues, multiq; capones,
Gallinæ, capones. Certatimq; ferunt lepores, & mille columbas,
De quibus arrodunt prædulces faucibus escas
Gnathones, & delitias qui quærit edules.
Innumero hinc assunt numero, millenaq; multa
Ouorum; pulli quater opplent mille cateruam,
Caro ferina. Traijciunt alij ceruos, aprosq; frementes:
Aut alias prædas è sylvis vndiq; promunt.
Pisces. Nec desunt lauti, capti pro tempore, pisces.
Carpio de stagno Comitis quàm plurimus alto
Prenditur, & pisces viuaria proxima seruant.
Quisq; suos iussus agit, & mandata capessunt.
Ergó magnifico sumptu, luxuq; frequenti,
Omnibus ad festum Comitis geniale paratis:
Hospitum nuptialium vocatio. Restabat solùm, Comitesq; Ducesq; vocatos,
Nobiliumq; greges, patrioq; è limine ciues,
Magnifica vnânimi properare ad limina cursu.
Ergò vbi festa dies luxisset, Sole cadente,
Mense sub octobri, veterum ratione, calendas:
Vndecimam lucem monstrauit, more recentum:
Ecce igitur, se primus equis properantibus offert
Hechingam, Comitis prono sub vespere in aulam,
Ingressus & aduentus Domini Berchtoldi à Kynigseck cum 19. equitibus. BERCHTOLDVS, toto comitatu equitumq; caterua,
KYNGSECÂ de stirpe satus, gratissimus hospes,
Viginti cinctus prælustribus ille caballis.
Ingressus & aduẽtus Caroli à Zollern cũ 49. equis. Proximus hunc sequitur SIMARINGÆ CAROLVS arcis
Zolleriæq; Comes magnus, denis quater altis,

Atq;



Atq; nouem ſtipatus equis, caudisq; recinctis,
Cum quo germani veniunt, duo fulmina belli,
VVALPVRGA de ſtirpe ſati, magniq; Barones:
Scilicet Heinricus: Frobenius alter Achates.
Ambo pares criſtis, armis fulgentibus ambo:
Ingreſſi lepidis equitum de more caballis.
Tum vidi ingreſſum magnâ grauitate IACOBVM
Ianum Vvurmſerum, de nobilitate potentem. Ingreſſus Ioan. Iacobi Vvurmſeri, Legati Brandenburgici.
Hic Electoris Ioachimi nomine miſſus
Brandenburgiaci; Friderici venit in vrbem
Hechingam, ſtipatus erat ſimul octo caballis.
Subſequitur Thomas Kriechingâ â ſede vocatus,

 Ter



Thomas à Kriechingen legatus ab Onolzbacho Brãdenburgicus.

Ter quinos adduxit equos, gratiſſimus hoſpes.
Hic Onolzbaccho miſſus de principe venit,
Brandenburgiaco FRIDERICO, ductus in aulam
Feſtiuam Comitis, ſimul in conclaue receptus
Cum ſocijs, gratisq; viris comitantibus ipſum.
Poſt hunc ingreſſum vidi grauitate Sebaſtum

Sebaſtianus Vvellingius legatus Vvirtenbergicus.

Vvellingum magna Dominum, rerumq; peritum:
Conſilijsq; grauem, pietate, fideq; valentem.
Qui Vvirtenbergo FRIDERICO à principe miſſus,
Ad thalamum Comitis comp[l]uit octo caballis:
Cum reliquis Dominis Sponſo fuit ille Georgo
Noſtro Hechingenſi gratiſſimus hoſpes in aula.

Poſ ea



Postea Schornstadiâ venit de stirpe celebris
Carolus, insigni comitatu cinctus equestri:
Marchio Badensis Fridericus miserat illum
Legatum Ernestus, Durlachâ protinus vrbe:
Quem Fyrstenberga sequitur Fridericus ab arce,
Ad thalami festum, magnâ comitante cateruâ:
Triginta comitantur equi, quibus adijce quinq;.
Lætitiâ hîc totum perfudit sæpius agmen.
Huic se venturo comites iunxêre libenter
Christophorus Ioachimus, Eques Merspurgicus, Heros
Inclytus: alter erat de Sachs Ludouicus Equester.
Tum gemini apparent antiquo stemmate fratres

Ingressus Caroli à Schornsteten.

Legatio Ernesti Friderici Marchionis Badani.

Fridericus à Fyrstenberg.

Christoph. Fridericus à Merspurg.

Ludouicus à Sachs

Helffen-



Generosi Comites ab Helffēstein.

Helffensteinenses Comites, quos inclyta virtus
Condecorat, natos claris natalibus ambos.
Octodecim comitantur equi, congressibus apti.
Illos excipiunt Lympurga stirpe celebres

Ioan: Hein: liber Baro à Lympurg, & pincerna Imperii hæreditarius.

Pincernæ, Imperij liberrima fulcra, Barones
Insignes pietate viri, factisq; decoris:
Scilicet Heinricus, Iano cum fratre, feroces
Viginti duxêre nouem de more caballos.

Ioan. Georg: Comes â Zollern, Ioachimi filius, & Alfonsi patruelis cum 5 equitibus.

Ordine succedunt cuncti, & socia agmina iungunt,
Postea nobilium sequitur torquata iuuentus:
Inter quos omnes multâ virtute Georgus
Zollerius Ianus, Comes emicat arduus armis.



Qui ſponſi patruus Ioachimo patre creatus:
Is nunc Berlini ſua condidit oſſa ſepultus,
Filius aduexit phaleratos quinq; caballos,
Flectere doctus equum, & curſu præuertere ventos,
Et greſſus lunare citos, atq; arma mouere,
Alea ſeu Martis, ſeu ludus agatur equeſtris.
Præmia prima refert rigidis metuendus in armis
Ille Ioachimi gnatus, felicibus auſis.
Ponè ſubit genitrix, animi matrona pudici,
Helffenſteinenſis Comitiſſa, Apolonia felix,
Sex equites illam præeunt, octoq́, ſequuntur:
Addidit huic ſeſe ſociam matrona Iohanna,

Apolonia Comitiſſa ab Helffenſtein cū 14. equis, Iohāña Baroniſſa

 Fœmi-



vel Dapifera de Vvalpurg cũ 14. caballis.

Fœmina prælustri Vvalpurga à stirpe profecta,
Et geminas secum natas adduxit ouantes.
Nec non bis septem varijs stipata veredis,
Omnes insignes phaleris, durisq; lupatis,
Ortenburgensi claro Vrsula stemmate venit.
Subsequitur matrem formosa Polyxena virgo,
Tam vultu insignes, habitu quàm vestis, in vrbem
Hechingam appellunt, ducentes octo caballos.

Eleonora Comitissa à Zollern cũ 12. equis.

Zolleriam Comitem quoq; vidimus Eleonoram,
Ingressam cum filiola, quæ matris habebat
Nomen, & egregias formoso in corpore dotes.
Sex hanc præcedunt equites, seniq; sequuntur,

Pòs



Pòst Chunigunda venit bis ſeptem cincta caballis, Chynigundis domina à Kyngſeck cum 14. equis.
Kyngſecci Comitiſſa, animi matrona pudici:
Omnes feſtiuam veniunt ſub veſpere in aulam.
Deſcendunt ab equis, & pabula grata miniſtrant,
Et ſeſe recreant feſſos, & corpora curant.
Interea cœnam famuli ſtatuêre paratam: Prima cœna die Sabbathi apposita.
Iam lautis menſas onerabant protinus eſcis.
Quando omnes fremitu gratanti, & vocibus iiſdem
Omnes ad cœnam lituis clangentibus ibant.
Arx in conſpectu eſt, quæ deſuper imminet vrbi,
Splendida magnifico luxu, aulæiſq; ſuperbis:
Italofridricus quam nuper condidit altam,



Primus accubitus mensæ genialis.

Cõsecratio mẽsæ

Et ſimul illuſtrem mirandis ſumtibus ædem.
Huc epulæ & lautæ portantur lancibus eſcæ.
Tum manibus lymphas dant nobiliore miniſtri
Stirpe ſati, tonſiſq; ferunt mantilia villis:
Innumeri circùm famuli celereſq; miniſtri,
Qui dapibus menſas onerant, & pocula ponunt.
Ergò ſacras dedit ore preces, palmaſq; tetendit
Ad cœlum diua venerandus voce ſacerdos.
Ordine conſidunt omnes, & corpora feſſa
Carne replent, vinoq; ſitim, curaſq; repellunt.
Poſtquàm epulis ſedata fames, menſæq; remotæ,
A cœnâ ſurgunt omnes, ſuperiſq; vocatis

Dant



Dant manibus lymphas, precibus pro more peractis,
Inde ſuum thalamum quiuis, requiemq; reuiſit,
Languida quò poſſit componere membra quiete,
Et primo è ſtratis oriente reſurgere, ſponſæ
Obuia quando velint veſtigia ferre petitæ
Omnes iamdudum, & felicia dicere verba:
Iamq; ſoporifera nox terras occulit vmbrâ, Deſcriptio primæ noctis nuptiarum.
Aſtra micant, tacitoq; cadunt labentia motu.
Orta dies ergò fuerat, ſine nubibus orta
Craſtina lux, ſolisq; dies Octobris amœnus XI. dies octobris nuptijs dicatus & conſecratus.
Vndecimus: ſiquidem numeres ratione recentum;
Exoritur ſubitò fremitus clangorq; tubarum;

Idem omnes ſimul ardor habet, rapiuntque ruuntque,
Conueniuntque ſuis raptim conclauibus omnes,
Et Sponſum expectant mediâ feruenter in aula.
Eſt arce in media pario de marmore templum,
Templum auguſtū, ingens, miro quod honore nitebat;
Huc vbi conuentum diui intra limina tecti,
Suauè ſonant octo diſcrimina grata canentum,
Succenſæq; faces paſſim, tædæq; iugales
Collucent, totisq; fugant laquearibus vmbram.
Quis diuûm ſimulacra ſatis, pictaſq; figuras
Exæquet numeris? quis ſacræ ſedis honorem?
Hinc fuſis precibus rurſus, ſacrisq; peractis,

Deſcriptio tēpli in aula Zolleriáa vel Hechingenſi.

Primum prandiū hoſpitum nuptialium, ndie ſolis appoſitum.



E fa-



E fano redeunt omnes, & prandia ſumunt,
Et iam diſcubuêre toris, & corpora ſellis
Auratis omnes, oſtroque rubente locârunt,
Iamque preces habitæ, iam dulcia carmina dicta:
Inſonuêre tubæ, gemitumq; dedêre per aulam,
Omnia concordi reſpondent limina cantu.
Indè fame exemta, dapibus, menſiſq; remotis,
Continuò ſe quiſque parat procedere ſponſæ,
Iamq; progreſſuro Comitem ſe adiungere cœtu.
Interea medio ſol aureus orbe ruebat,
Et radijs latè flammantibus arua coquebat,
Cùm populus Comitis collectus in agmine magno

Applauſus buccinatorum.

Præparatio ad egreſſum, ſponſam in aperto campo excipiendam.

Conuenit



Concursus populi Conuenit è pagis vicini ruris, & vrbem
Hechingam complet ſpectatum turba virorum,
Spectatum paſſim pueri, iuueneſq́; ſeneſq́;,
Et matres veniunt multæ, innuptæq́; puellæ,
Vt videant ſponſum ſacræ è penetralibus aulæ
Obuia laturum diuæ veſtigia Nymphæ.
Huc etiam Hechingæ referunt ſe à limine ciues

Prima ſtatio armatorum. Sexcenti armati, componitur ordine quiſq;.
Prima ſecurigeris ſtatio datur: altera turma eſt,
Quæ rapidum horrendis ſifonibus euomit ignem.
Póſt longas humeris ſoliti geſtare ſariſſas,

Secundus ordo militũ armatorũ. Succedunt celeres: quos tympana pulſa ſequuntur.

Et



Et ſonat hæc inter peracuto tibia cantu.
Tum parat Itellus ſeſe Fridericus in aula
Cum ſponſo, & reliquis centum ſtipantibus ipſum
Quinquaginta viris, iam carpere rura paratis.
Obuia ferre nouæ cupiunt veſtigia ſponſæ
Nobilium proceres: magnisq; penatibus orti
Eximij Comites: genus & præluſtre Baronum.
Vrbs iacet ad Nicrum, quam Sulzam nomine dicunt:
Hæc Vvirtenbergo paret Dominoq; Duciq;
Subdita, duratis multùm ſalis excoquit vndis.
Excepti hîc epulis, optata ſede fruuntur,
Atque nouo hoſpitio indulgent, & feſſa benigno



Hoſpitalitas & liberalitas Illuſtriſſ: principis ac Ducis Vvirtēbergici erga Nuptiales & ſponsā.

Corpora reſtaurant prima ſub nocte lyæo:
Excipit hoſpitio Fridericus Teccius omnes,
Quos noua Sponſa viæ comites delegerat amplos:
Hos omnes dicta ſuſcepit in vrbe libenter,
Tercentum quamuis ſecum duxêre caballos.
Sit Vvirtenbergo Friderico dicta benignè
Gratia pro tantis donis, tantoq; fauore:

Illuſt: & Gen: Georgius Comes Vvirtenb. & Mōp: p. m. ex Eua Salmæa Comitiſſa fuit progenitus.

Quòd Dux Salmæam, Salmæus & ipſe, volenti
Hoſpitio accepit, neq; fercula grata negauit,
Non vnquam tanti langueſcet gratia facti.
Huc ergò properant Sulzæa ex vrbe profecti,
Atq; Hechingæam tendunt feruenter in arcem,

Omnes



Omnes armati, & galeis capita alta corusci,
Ante fores aulæ thoracibus ordine cuncti
Incedunt terni, totisq; á finibus assunt,
Pars humeris gestant fulgentes ære secures, Ordo armatorũ.
Pars tormenta infert, teretes iaculantia glandes:
Æmathias portant alij de more sarissas:
Tympana pulsa sonant, pressisq; inflata labellis Tympanistæ & tibicines.
Assonat argutum buxus, plantæq; sequentum
Hæc iterant eadem, & sublatus ad æthera clamor;
Et quæ purpureo iuxta radiantia velo
Signa micant, albo velamina nigra colore.
Tum Comes exiguum volucrum præmisit equorum Vexilliferi



Celeres & veredarii præcursores pompæ.

Agmen, Zollerio Iano ductore Georgo,
Berlini quondam Ioachimo patre creato,
Obuia qui ferret sacræ vestigia nuptæ.
Gressibus hunc sequitur velox properante veredo
Stockachiâ Holzuuartus prognatus stirpe Ioannes,

Ioan: Holzvuart à Stockach nobilis, & aulæ magister.

Ille peregrinæ linguæ, rerumq; peritus
Multarum, errando multum terraq; mariq;
Iactatus, teneris dureq; exercitus annis,
Notus in Hispanis regionibus, vndiq; notus.
Non modò Teutonicis, Siculis quoq; notus in oris:
Fortunas terræ dubias, Scyllamq; minacem
Percurrit quondam, & discrimina sæua Charybdis,

Danorum



Danorum Regi quondam gratissimus hospes.
Desertum Vngariæ regnum lustrauit, & agros
Vicinos, audax nauit maria alta Mileti:
Hic præmissus erat, sponsi vt prænuncius iret,
Et sponsæ aduentum lætanti indiceret ore.
Iamq; ferè medio Titan altissimus axe
Fulgebat, latisq; facem diffuderat agris.
Centum equites adsunt decorati torquibus aureis,
Et gemmis nitidi, & precioso vellere Serum.
Tum resonant tremulis totæ clamoribus ædes,
Et vocem reddunt iterum, quibus adstrepit alta
Tibia, & alterno pulsantur tympana ligno.

Peregrinatio Ioannis Holzvuarzi à Stockach viri nobilis.

Temporis & diei nuptialis descriptio.



Egressus Comitũ & nobiliũ ex aula Hechingensi.

Hi celerum stipante choro bipatentibus aula
Erumpunt portis, & florea rura capessunt.
Aulai in medio Comitis stetit arte caballus
Instructus varia, frenis phalerisq; superbis
Stat sonipes, quassatq; iubas & surrigit aures;
Oraq; substricto mandat spumantia ferro,
Fronte micant albo cristæ, nigroq; colore
Distinctæ, & caudam cristis bicoloribus ingens
Artificum labor ornârat, sumtuq; profuso
Et freno aurato, pictisq; monilibus armos
Consperat, auricomisq; lupis, villisq; decoris.
Insilit huic sponsus, mediumq; infertur in agmen.

Descriptio equi pomposi & nuptialis.

Ante



Ante fores Comitis pansis stat signiferalis, — *Signifer Zollerianus.*
Qui docet armatos, & collocat ordine ciues.
Tandem progreditur magna stipante caterua
Zollerius Sponsus, rubro vestitus amictu:
Quem Phrygia ornat acu chlamys, tremefactaq; vento — *Descriptio Sponsi cum suo ornatu & veste nuptiali.*
Crista duplex nigrum velat pro more galerum,
Inclusæq; auro gemmæ, viridesq; Smaragdi,
Et picturatæ rubro sub tegmine braccæ:
Et lateri accinctus gladius validissimus hæret,
Mulciberis dextra fictus, vaginaq; circum
Aurea, quam varius fuluo circumligat auro
Baltheus, & tereti subnectit fibula gemma.

Inclu-



Includit fortes nodis argentea suras
Ocrea, & obryzo calcaria ducta metallo.
Ante ipsum Sponsum tormenta rotantia plumbum
Dependent, quæ de collo portantur equino,
Ex osse & pulcris variè cælata figuris.
Præcedunt equites rapidè per strata viarum,
Processus equitũ. Agminibus iuncti ternis, magnoq́; tumultu
Suspendunt collum, freno in sublime reducto
Cornipedum, sinuantq́; gradus properanter in auras;
It sonipes, rapidumq́; expirat naribus ignem.
Et sic ad portas contendunt protinus vrbis,
Agmen per medium, quod stabat vtrinq; virorum.

Tum



Tum se spectandum medio tulit agmine sponsus, Sponsus cum patre & gratis vtrinq; cinctus exibat.
Cui dextrum Genitor clausit latus, atq; sinistrum
Patruus optatus, Simaringæ Carolus oræ,
Conspicui rubeisq; genis & fronte serena,
Gens spectanda toga, gens dura experta pericla.
Hos omnis procerum cœtus comitatur ouantes,
Torquibus insignes, pulcrisq; in vertice cristis.
Tum subitò erumpunt portis, velut agmine facto,
Horrificoq; nouem resonantes murmure longè
Perstrepuère tubæ, sonitumq; dedêre cauata
Tympana, terribili reboantia rauca fragore,
Barbara commixto strepitant Taratantara bombo,



Zolleriani tympani sonitus.

Atque nouo Sponso referunt hoc verbere carmen:
Genus Martium: Hui Zollerium: esto feruidum:
Sonat Tympanum: pom, pom, pom, pom, pomp.
Namq; gaudium: adest maximum: quando thalamum:
Init sacratum: pom, pom, pom, pom, pomp.
Eccetu Sponsum: Ianum Georgũ: Nostrum Dominũ:
En Zollerium, pom, pom, pom, pom, pomp.
Brůder sih dich vmb: Ob die Braut nit komb:
Daß sich keiner sumb: pom, pom, pom, pom, pomp.
Darumb so seind frisch auff: Der gantz Zollerisch hauff:
Empfangen ietz die Braut: Dem iungen Herrn vertraut:
Dann sie nun mehr kompt: Vnd sich nit lenger sumbt:
Pom, pom, pom, pom, pomp.
Seind wacker vnd munder: Rettet alle bsunder.



Interea incipiunt latis prorumpere portis:
Cristatis lucent in equis; quos turba tuentum
Omnis miratur, videas procedere longum
Agmen, & æratas campo consistere turmas:
Aureus it torques humeros & pectora circum,
Hic Simaringani vidi magna agmina Carli.
Quadraginta nouem stratos inferre caballos,
Quorum Dux Melior, celerum moderator equorum.
Nec non Nicoleos Cellarius inter amicos,
Vir pius, humanus: placidoq; Georgius ore
Lerchius, inferior præfectus, pectore purus,
Candidus, insignis legum tutela bonarum,

Processus totius pompæ.

Melchior & capitaneus & dux equitum Caroli à Zollern.

Nicolaus Keller à Schlectheim, aulæ Simaringensis Magister.



Iuſtitiæ cuſtos, patrum laus magna ſuorum:
Bollius hîc etiam Marcus fuit, impiger arte, — *Marcus Bollius, muſicus Sigmaringenſis, &c.*
Muſicus eximius, Simaringâ gratus in aulâ:
Hic eſt, harmonicas qui digerit ordine voces,
Atq; choros certâ compeſcit lege canentes.
Hîc quoq; frumenti cuſtos, Cererisq́; magiſter,
Magno Theſauri qui nomine magnus habetur, — *Magn. Schaz frumentarius Caroli à Zollern.*
Adfuit: huic iunctus Matthæus pectore fido
Sigelius, ſacris ærarius vrbe miniſtris — *Matthæ. Sigel ſpiritualis œconom.*
In Simaringæâ fidus, rerumq́; peritus.
Inſonuêre tubæ, quas ſeptem vocibus inflant,
Iam ſtrepitant, rauco ſonitu Taratantara clangunt:

Signa



Signa tubis viridi volitant Zolerensia velo, — Signa Zollerēsia.
Et pendent deorsum demissa coloribus aptis.
Tum comites circum volucrum toto agmine equorum
Armigeri vario cultu, cristisq; superbis
Incedunt pueri: pariter quos omnis euntes — Armigeri pueri.
Turba admiratur, cristis galea alta superbit,
Omnes lata ferunt præfixo hastilia ferro,
At celeres iuxta: pernicibus ignea plantis
Turba ruunt læti, & præuertunt cursibus agmen.
Sed tamen ante alios processit lætior omnes
Sponsus ouans, medium qui se miscebat in agmen. — Descript. loci, in quo Sponsa fuit excepta.
Vallis amœna iacet, tuto munita recessu,



(Non procul Hechinga) pratis ſyluisq́; recincta.
Groſſelfingæos qua ſe via ſcindit in agros,
Hic colles ſurgunt, & pura riuulus vnda
Profluit: at torrens tum ſicco exaruit alueo.
Huc vbi peruentum, campis offertur apertis
Fœminei cœtus agmen, comitantibus alis
Æripedum, Sponſa genitor cum virgine, cumq́;
Ingenti turba, numeroſa equitumq́; phalange.
Inter quos omnes Badani Marchio ruris
Fridricus præcurrit equo, comitantibus ipſum
Inſigni grauitate viris, pictisq́; quadrigis,
Tum tubicen ſubitò fumantem puluere campum

Georgius Fridericus Marchio ab Hochburg &c. Dux gregis & pōpæ nuptialis.

Pro-



Proſpexit longè, Rhenenſiaq; agmina vidit,
Intonuitq; tuba, & ſignum dedit ære canoro,
Omnes quem reliqui lituo clangente ſequuntur.
At Sponſus cernens venientes agmine magno,
Exhortatur equum ſtimulis, ſeq; addit in agmen,
Coniungitq; manus manibus, dextraq; præhenſam
Aſtatur Sponſam lætus, Sponſæq; parentem,
Atq; omnes ſacræ venientes nomine Sponſæ,
Lætitiaq; fluens, cum Sponſo exercitus omnis.
Inter quos Martinus adeſt, Remchingica virtus,
Et præluſtris eques: præfectus maior, & ortu
Nobilis, Hochburgæ præſes ditionis & aulæ.

Salutatio mutua hoſpitũ nuptial.

Martinus à Remchingen præfect. ꝓuincialis Hochburgenſis.

Hic



Ioa: Caſ: à Stein.

Hic etiam vidi Caſparum gente Ioannem
Steiniaca, eximij præfecti munus habentem,

Ioan: Iacob: Nagel à veteri Schōmenſtein.

Nageliumq́;, virum de nobilitate celebrem,
Qui Schommenſtenio veteri ſe nomine iactat.
Huc quoq; tres veniunt, quorum laus alta vigebit
Flore in perpetuo, magna virtute decori,

Michaël Balduff: aulæ Hochburgēſis concionator.

Præſtantes pietate viri, candore probati.
His comes ætherei validiſſima buccina verbi,
Baldufius, vigilans Friderici præco Georgi.

Fel. Platerus medicinæ Doctor Baſilæus, & Marchionis phyſicus.

Alter erat phyſicus, dexterrimus arte medendi,
Felix Platterus, Friſchlinis gratus amicus,
Cui labor Hippocrates, cui maxima cura Galenus,

Cumq́;



Cumq; lubet, ſcit digna Lino, ſcit Apollinis arte
Digna loqui, & veterum ſeriem replicare librorum:
Felix hiſtorijs, pangendo carmine felix.
Tertius Hettlerus, quem Marchica ſuſpicit aula,
Et rebus ſummis adiungere geſtit amicum:
Qualis erat Phariâ quondam Ioſephus in orâ;
Talis hic, & tantas condit ſub pectore dotes.
Omnes tres rheda vecti per prata ſequuntur.
Iamq; vbi dicta ſalus cognato ſanguine iunctis,
Et iam conticuêre tubæ, lituiq; ſonantes:
Omnibus attentis, Simaringæ Carolus arcis
Emicat, & placido conuerſus ad agmina vultu,

Ioſephus Hettler Iuris conſultus, & conſiliarius Marchiõis Hochburgenſis in Rœtteln.

Q Inci-



Oratio Caroli à Zollern, Domini in Sigmaring. &c. qua excepit Spõsam & omnes comitantes.

Incipit, & lepido tales dat ab ore loquelas:
Prælustres pietate viri: de sanguine clari,
Rhenigenûm Domini, Badeæ Marchio terræ:
Vos Comites, insigne genus, magniq; Barones,
Et reliqui proceres antiqua stirpe celebres;
Tuq; tuæ FRANCISCA piæ genitricis imago:
Quod Deus omnipotens vultu felice secundet,
Adsumus hîc, Sponsæq; animis plaudentibus omnes
Imus in occursum, vt festam comitemur ad vrbem,
Adq; focos veterum magnos, dulcesq; penates,
Qua par lætitiâ est, facilesplausuq; sequamur.
Iamq; adeò promtus animis & voce benigna

Exci-

Excipimus cunctos, cùm non ſine numine Chriſti
Res tantæ eueniant. Illi ſit gratia ſoli,
Auctori cœptorum operum, cui fœdera lecti
Caſta placent, ſaluos quòd vos vno ore videmus,
Rhenigenas dominos, magnis ſit gratia diuis.
Franciſcam inprimis, præſtanti corpore Natam,
Aſpicimus læti, & patulis amplectimur vlnis;
Quin omnes multûm ſaluere iubemus ouantes,
Quotquot ad hoc feſtum Sponſi veniſtis amici.
Quare agite, & noſtris omnes ſuccedite tectis,
Zollerijq; thori feſtum celebrate fauentes:
Ipſe Deus, nuti qui temperat omnia nutu,
Aſpiret cœptis, & ſacri fœdera vincli
Confirmet, noſtroſq; velit ſeruare penates.
Sic ait egregio facundus Carolus ore:
Excipit hunc verbis Rheni Comes acer Adolphus,
Et medium lætus ſe infert orator in agmen:
Zollerij Comites, genus altâ ſtirpe profectum.
Nos & amicitiâ nuper dignate George,
Excelſe affinis, noſtro dulciſſime cordi,
Iam Sponſus felix: & vobis, quotquot adeſtis,
Grata quidem nobis veſtræ indulgentia mentis,
Et pius occurſus, & tanti ſigna fauoris:
At non grata minus veſtræ exoptata ſalutis
Fama, quòd incolumes corâm vos cernimus ipſi.
Omnes, Hechingâ quotquot properaſtis ab vrbe,
Nos quoq; lætanti cunctos ſaluere iubemus
Voce: pijſq; animis felicia quæq; precamur:
Vt Deus inceptum firmet, vultuq; ſereno
Aſſiet, & placidæ foueat vos pacis in vlnis:
Nec non Franciſcam generoſa prole beatam

Gratulatio.

Reſponſio ad orationem & gratulationem Caroli à Zollern. facta p Comitem Adolphum Rhenenſ.

 Reddat,



Conclamatio voti & gratulationis applausus.

Reddat, & hinc ſeros de poſteritate nepotes.
Vobis hanc igitur, quam tota mente petiſtis,
Præſentem ſtatuo, vobiſcum ducite, Sponſam.
Nos erimus comites; ſequimur, quocunq; iubemur:
Sic ait: atq; omnes ſimul hoc vno ore fremebant.
Hinc iter occeptum celerant, rumore ſecundo,
Progreſſi in turmis, partitoq; agmine pergunt.
Interea tubicen læti dat ſigna triumphi
Plurimus, & longum ſequitur per ſtrata viarum
Agmen: vt inſonuêre tubæ procul ære recuruo,
Gaudia teſtatur populus, famuliq; canentes:
Huc ades æterno complectens omnia nexu,

Tubarũ concent⁹ & gratulatio.

O rerum



O rerum latiq; ſalus concordia mundi,
Atq; hanc præſenti confirma numine lucem.
Sic equitum totis exercitus ibat in agris,
Splendida dulciſonus clangor ferit aſtra tubarum.
Non procul Hechingâ domus eſt, hortoq; propinqua
Manſio, Chaonijs auibus ſtans turris in auras:
Huc vbi peruentum, quâ ſe demittere cliuo
Incipiunt colles: Hechingæ cernitur vrbis
Culmen, & ingreſſus ampli, portæq; patentes:
Vt primùm ſtrepuêre tubæ procul ære cauato;
Ecce arx inceptat magnos emittere bombos,
Eiaculare globos, terram quaſſare trementem;

Deſcriptio turriculæ & columbaris Comitis à Zollern non pcul ab Heckingen.

Eiaculario tormentorũ in arce Zolleriana.



Sub pedibus mugire ſolum, & iuga celſa moueri
Iures, aut paſſim ruere omnia iura repentè;
Nam tormenta citas vomuerunt horrida flammas.
Non aliter, crebris quàm ſi micet ignibus æther:-
Sic ſuper arce viri bombos ſiſonibus edunt
Fulmineos; ſuperi ſonitus imitantur olympi
Omnia: tum nigro completur puluere caſtrum
Zollerium; obductum nebulis, neq; cernitur vlli;
Donec ad aſtra volat fumus, muriſq; recedens,
Per ſudum tranſit cœli in regione ſerena,
Et procul ex oculis tenuem euaneſcit in auram.
Interea lento veniunt cum virgine paſſu,



Et sensim excedunt campis, vrbiq; propinquant:
Subter fumat humus, depressáq; pondere terra.
Iam propè contigerant Hechingæ mœnia sedis,
Ingeminat trepidos montoso in vertice bombos
Arx, atq; innocuo venientes accipit igne:
Non aliter, quàm si duplicatis ictibus Ætna, Comparatio & similitudo montis Ætnæi.
Eructat furuo mistas cum sulfure flammas:
Sic tormenta sonant flammanti puluere fœta,
Viginti nimero, si ter tria iunxeris ijsdem.
Interea properant equites, longo agmine tracti,
Sexcenti, & plures, perq́; ardua prata fatigant
Cornipedes, ostro tectos phalerisq; superbos:



Cōcursus populi. Ad portam populus vicinæ in mœnibus vrbis
Plurimus expectat, magnum glomeratus in orbem.
Vt portas vrbis tetigerunt; pulsa frequenter
Tympana dant sonitum, spolijs instrata caninis:
Desuper harmonico completur pergula cantu
Tibicines & tympanistæ. Tibia cum lituis, & vocibus apta quaternis
Sambuca, Aoniæq; fides, & Lydia buxus,
Corneaq; arguto concordat buccina flatu.
Tum verò festiua repens per mœnia clamor
Tollitur: ipsa venit, vicosq; effusa per omnes,
Vndiq; viscendi studio ruit obuia passim
Turba hominum, caniq; senes, puerique tenelli,

Et



Et matres, castæq; nurus, blandæq; puellæ,
Visuræ Sponsam: & genialia vota daturæ.
Illa subit, festæq; rotis illabitur vrbi,
Nobilium stipata manu, lepidisq; veredis.
Suspiciunt omnes vnam, stupor occupat omnes,
Miranturq; decus formæ, egregiamq; iuuentam,
Os roseum, ætherias imitantia lumina flammas,
Nec minor eximij fuit admiratio currus,
Robore quem nigri multo traxêre iugales.
Quattuor ornabant currum sparso ore leones
Dispositi; bini parte anteriore sedebant:
Posteriore leo geminus de more locatus.

Ingressus & aductus Sponsæ.

Descriptio currus pomposi & nuptialis.

 Qui



Qui ſimul aurato ſplendebant vellere picti:
Ore aſtant turbæ patulo, linguisq́; quieſcunt,
Immemoresq́; ſui turmas mirantur equeſtres,
Donec in Hechingam veniunt, aulæq́; propinquant.
Vt ventum in muros, atq; omnes ritè recepti;
Deſiliunt ab equis, & ſeſe pariete condunt
Dædaleis manibus fabrefacto, atq; arte magiſtra,
Quos omnes Franciſca rotis inuecta ſecuta eſt;
Aurato reſidens curru, quem miſerat illi
Doralem Genitor fieri ſub luce iugali:
Ante ipſam teretesq́; tubæ, lituiq́; ſonori
Clangorem tollunt, & tympana pulſa reſultant,

Ænæaq; assensu conspirant cornua rauco,
Cymbala clara sonant, biforem dat tibia cantum.
Sponsa relucebat liquefacto pulcrior auro,
Pulcrior Eois formoso corpore gemmis:
Siue quis aspiciat generosæ frontis ocellos,
Et dignas Iunone manus, & Cypride crines,
Purpureasq́; genas, & eburnea colla, decusq́;:
Siue animi dotes pulcri, castamq́; pudicæ
Temperiem linguæ, & sanctæ penetralia mentis.
Tota nitens auro, gemmis, Tyrioq́; decora
Murice, & ornatu longè formosior ipso.
Aulai in medio Comitis stat Sponsa, pudicos
In terram deiecta oculos, & læta salutem
Accipit à Socru, matronasq́; ipsa salutat,
Glores, atq; nurus, & sanguinitate propinquas,
Quæ stabant medijs aulæ in penetralibus omnes.
Hæ verò dextras iungunt, & fausta precantur.
Supremâ statione stetit Comitissa Sibylla,
Cimbriaca prognata domo, materq́;, socrusq́;,
Italfridrici consors, & costa fidelis.
Pòst Simaringæi coniux auctissima Carli,
Cui Kuelburga genus dedit alto à sanguine, Elisa,
Olim Badano Domino benè nupta Iacobo.
Hinc stetit egregijs Apolonia dotibus ardens,
Helffensteiniaci castissima cura Georgi,
Cimbrææ stirps ampla domus, Germana Sibyllæ.
Nec procul hinc statio venit concessa Ioannæ,
Idem cui Genitor, Cimbreæ maximus arcis.
Hanc Vvalpurgæa veniens de stirpe Iacobus
Adiunxit Dapifer costam, dudumq́; recepit,
Cum qua placatam possit traducere vitam,

Descriptio Sponsæ Zollerianæ.

Congratulatio & salutatio mutua in aula Hechingensi.

Ordo matrum sese mutuo cōplexu salutantium.

Tertia non desit Chunigundis, & ipsa venusta
Lux Kyngsecciaci Berchtoldi, & sola voluptas.
Quis quartæ dotes percenseat Eleonoræ?
Limpurgæ quondam nuptum data virgo Baroni
Iano hæc, cùm plenis floreret nubilis annis.

Vrsula Bernhardi Ortenburgensis Comitis vxor.

Accedit iam quinta soror, par mente fideq;
Vrsula, quæ quondam virgo concredita magno
Ortenburgensi heroi, cui nomen ab vrso:
Strenuus Hispanis nunc viuit miles in oris.
Hæ Sponsam expansis venientem protinus vlnis
Accipiunt, libantq; manus, simul oscula figunt.

Elisabeth Comitissa à Saltz illustris & generosi Comitis à Fyrstẽberg coniux.

Hinc Fyrstbergensis Comitissa accessit Elisa,
Sulzæâ de stirpe Comes, Sponsamq; salutat.
Pòst Simaringensis Caroli formosa propago,
Henricus Dapifer quam duxit amore, Iacobe.

Añа Maria de Thoringẽ Frobenij Dapiferi vxor.

Nonlongè hinc Marie, clarissima stirpe Thoringâ
Anna stetit, sibi quàm vernis Frobenius annis
Elegit Dapifer, vitæ solamen acerbæ.
Postea Kyngseccâ veniens ex arce, Georgi
Coniux, Vvalpurgæ semen, Chunigunda celebris.
Dehinc se Zollerium decus infert, filiæ Itelli
Fridrici, ætheriâ facie, Sponsiq; sorores.

Maxmiliana & Ioãna Comitissa à Zollern Sponsi sorores.

Maxmiliana prior, minorenne sequente Ioanna:
Non his amplecti Sponsam postrema voluptas.
Has iuxta geminæ, sed ab vna stirpe, sorores
Stabant, Zollerij proles dignissima Carli:

Iacobe & Sabina filiæ Caroli à Zollern.

Dicta Iacoba prior, soror altera dicta Sabina.
Ortenburgæâ postrema Polyxena virgo
Adstitit, & manibus Sponsæ reuerenter inhæsit,
Non minor Iliacâ, quam tollit fama, puellâ.
Ecquis sat dignè præconia digna referret?

Ecquis



Ecquis tam festæ memoraret gaudia lucis?
Quis lituos? quis quæso tubas percurreret omnes?
Tympana quis narret? quis tot discrimina vocum
Indicet? heu nimium spacijs includor iniquis.
Atria plena sonant, vocem iuga celsa remittunt,
Et stupefacta suos repetunt sacra flumina cursus:
Sanè ego, cùm tantas haurirem carmine voces
Mixtas, exarsi, sacroq; in vertice Pindi
Aonias inter Charites dormire videbar.
Interea accessit Sponsus, Sponsamq; pudicam
Arripuit dextrâ, mediamq; amplexus inhæsit;
Aspiciens placidis tandem dimisit ocellis.

Tubarũ & lituorũ cõcentus & Tympanorũ strepitus.



Risit amor, totus flagranti in pectore risit.

Georgi⁹ Frideric⁹ Marchio Hochburgẽsis paranymphus.

Postea succedit Badanæ Marchio terræ,
Et superam Comitis Franciscam ducit in aulam,
Quæ fuit aulæis instructa per atria pulcris.
Hic sese recreant fessi, & de sorde repurgant,
Inq; nouas vestes simul ingrediuntur amicti.
Ciues armati portæ statione relictâ,
Decedunt omnes, iunctaq; repentè phalange
Dispositi, totis ducuntur in ordine vicis.

Eiaculatio tormẽtorũ & bõbardarum.

Pars alia hinc abiens magnâ vi pulueris igne
Excutit ingentes, quasi magna tonitrua, glandes,
Hinc nebulæ exurgunt, volat alta ad sydera fumus.

Part



Pars equitum de sorde lauant pro more caballos, — Curatio equorũ.
Et strigili abstergunt dentatâ ardentia terga,
Grataq; cornipedi depromunt pabula turmæ.
Plebs ferro velata caput, ceu castra subire
Apparet, aut durum detrudere mœnibus hostem,
Tunc se quisq; domum referunt, ruptoq; feruntur
Agmine: pars vrbis custodit cætera portas,
Et vigil augustæ pro mœnibus excubat aulæ. — Custodia vigilũ armatorum.
Pronus erat Titan, & clarâ luce peractâ,
Hesperium rubeo pelagus temone petebat,
Et iam poscebant labentia sidera somnos:
Quando Zollerij Comites, magniq; Dynastæ, — Descriptio vesp.
Vt thalami fœdus firment, & vincula nectant,

Conue-



Conueniunt omnes, an mis coniuncta corona.
Est aulæ in tectis, Zephyrum qua spectat & vrbem,
Zolleriamq; domum præcelsa rupe locatam,
Splendida magnifico cultu, aulæisq; superbis, — *Copulatio & cõfirmatio cõiugii.*
Ampla domus, qua se cœnacula maxima pandunt.
Hûc omnes properant, vt lecti fœdera pangant,
Legitimisq; creent connubia sacra statutis.
Ergò aram facibus statu unt lychnisq; decoram; — *Descriptio loci & cœnaculi.*
(Vesper enim vetuit tam serus adire lacellum)
Et veterum ritu fumant altaria ceris,
Vndique consulgent ædes, sunt vndiq; flammæ.
Tympana rauca sonant, vocem tuba crebra remittit,
Personat eximijs passim concentibus aula.

Pur-

Purpureo interea velo, gemisq; decori, Pueri tædiferi & pompam præcedentes.
Auratis pueri redimiti colla catenis,
Præcedunt, manibusq; faces & lumina gestant.
Cum Sponso insequitur procerum manus omnis,& alta
Cui maior de stirpe gradus, stant ordine primi.
Omnes albentis tecti velamine telæ.
Imprimis Sponsus niueo stat totus amictu Descriptio Spõsi.
Candidus; at nigrum dant pallia pulcra colorem
Serica, quæ varijs fuerant distincta figuris.
Carolus à dextra Simaringæ patruus arcis
Ibat ouans animis Sponso, læuaq; Ioannes
Pincerna imperij, Limpurgâ sede profectus.
Badanæ hos sequitur Fridericus Marchio terræ, Ingressus Dominorum in cœnaculum Comitis.
Princeps Hochburgâ prælustris ab arce Georgus,
Rœtteliæ Dominus, speculum virtutis amœnæ,
Principis à dextrâ Vvurmserus parte Iacobus
Ingreditur lætus, Ioachimo de Friderico
Principe transmissus, cui Brandenburgia paret,
Electore graui, tranquillæ pacis amante.
Post hunc aduentat Boio pro principe præsens,
Vvalpurga illustris Dapifer Frobenius arcis, Legati Principũ.
Legatus, tenuit stationem principe dignam:
Quam Kriechingerus Thomas comitatur euntem
Missus Onolzbaco, Friderico Principe missus
Constitit hic etiam, statione locatus honestâ:
Ita! Fridrico fuit acceptissimus hospes.
Postea legati diuerso principe cedunt:
Alter Eberhardus Rappoltsteinæus, & alter
E Stuccardæ à Vvellingius vrbe Sebastus:
Hunc Vvirtembergæ misit Dux inclytus: illum
Dux Vademontanus: festum vt geniale coronent.

Carolus insequitur Schornstettâ stirpe celebris,
Quem Durlacæis Ernestus misit ab oris.
Principis ergò loco magni Schornstadius heros
Incedit: Comes hunc Rheni comitatur euntem,
Salmæus Dominus de Remiremonte, pudici
Legat9 Abbatissæ Claudi Remiremontanæ. Ordinis,& sanctæ matris legatus honestus,
Claudia misit eum, quæ claustra remota gubernat,
Et regit imperio castas pietate puellas.
Hinc duo Fridrici Soceri ingrediuntur ouantes,
Alter Zollerius Rector Fridericus Itellus,
Soceri duo. Alter Rhenensis Vvildi cognomine gaudens:
Ordine succedunt reliqui: Kyngseccia virtus
Berchtoldus: comes huic est Fyrstenbergicus heros.
Cognati & affines. Hinc pius Henricus Dapifer, Vvalpurgica proles,
Et Comes Emmericus, Laymingo è stemmate semen.
Hos sequitur Fridericus ouans, Hoheloia propago,
Fridericus ab Hobenloë. Et Comes illustris, genus alto à sanguine ducens.
Jacob9 à Gerolzeck. Deinde Gerolzecca sequitur de stirpe Iacobus
Magnanimus, fortisq; Comes, cui se addit eunti
Helfensteiniacâ veteri de sede Georgus:
Quem frater sequitur Frobenius, huncq; Ioannes
Christophorus Zollerius, natus Ioachimo patre, Georgus.
Ioachimus à Merspurg. Deinde Ioachimus Merspurgo è stemmate natus
Christophorus, Comitis pulcram peruenit in aulam,
Ludouic9 à Sachs. Non huic Luduicus de Sachs comes esse recusat:
Nobilium hos sequitur permagna caterua virorum,
Omnes auratis redimiti colla catenis,
Vestibus insignes precioso murice tinctis.
Ergo vbi constiterat generosus Sponsus ad aram,
Et reliqui circumcinxissent agmine stantem:
Tum Sponsa ingreditur, matrum munita corona,

Tum

Tum Francisca venit Dominis comitata duobus: Paranymphus
Otho Comes dextram Nymphæ candentis, Adolphus
Rhenensis læuam tetigit, cognatus vterq;:
Incedit virgo facie sertoq; virenti Descriptio Spōsæ.
Luteolas velata comas, tergoq; fluentes;
Purpureo veluti si quis violauerit ostro
Forsan ebur niueum, vel si lac sanguine rubro
Miscuerit; tales virgo dabat ore colores:
Qualem vere nouo præbent per prata nitorem,
Candida iuncta rosis quando stant lilia amœnis;
Talis inest roseâ flagrans in imagine forma;
Qualis Apellæis vix est expressa tabellis,
Tam benè formauit Sponsam natura decentem: Comparatio Spōsæ cum reliquis formosis fœminis Heroinis.
Qualis Amyclæo quondam pulcerrima Sponso
Thestias in thalamum venit benè nupta pudicum:
Qualis & in primis formosa Semiramis annis
Assyrio accubuit Nino coniuncta Monarchæ:
Accedunt mores: & consona pectora formæ
Illustris Sponsæ: festiua fronte reuinctæ:
Candida quam circum vestiuerat vndiq; palla,
Quæ gemmis auroq; grauis ferè supprimit illam:
Quattuor antierant Sponsam, tædasq; facesq; Tædiferi pueri.
Prætendunt pompæ, bini comitantur euntem:
Altari coram stationem quilibet æquam,
Cum Sponso obseruant, dum glorum excelsa caterua
Ingreditur: binæ socrus, Zimbræa Sibylla, Ingressus matronarum & virginū illustrium.
Et quæ Rhenensi Friderico Iulia nupta est,
Eysenburgensi de stemmate clara Sibylla:
His preciosa pedes vestis defluxit ad imos.
Inde pauimentum cum veste per atria verrunt,
Et natæ illustres, à Nobilioribus ortæ

Matronæ laribus, cum virgineo comitatu,
Ritè superueniunt, vultuq́; habituq́; verendo.
Incedunt binæ, generosa propago, sorores
Illustris sponsi, quarum tibi nomina suprà
Diximus, & natæ Simaringo patre celebres.
Iulia pòst sequitur comes Vrsula, Marchionissa — Vrsula Iuliana Marchionissa Badana soror Spõsæ.
Badensis, tua costa tori, Friderice Georgi,
Quæ soror est Sponsæ; iuxta hanc incedit Elisa
Marchionissa decens habitu, vultuq́; fere no,
Quæ Fridericorum soror est, pulcherrima Nympha,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Hanc iuxta incedit vultum deiecta decorum, — Elisabeth à Kuelẽburg olim Marchionis Iacobi Badani cõiux: nunc Caroli à Zollern vxor.
Kuelenburgensi de stemmate fœmina Elisa,
Marchionissa: olim Badano nupta Iacobo:
Nunc Simaringensi nuptum benè tradita Carlo.
Hanc de Nassouio comitatur stemmate nata
Iulia Rhenensis Comitissa, fidelis Adolphi
Vxor, & exemplum pulcri prælustre pudoris:
Atq; aliæ plures, quarum genialia nondum
Sub iuga ceruices niueas hymenæus adegit.
Ac velut Oceani cùm stellæ oriuntur ab vndis, — Comparatio & similitudo.
Sole parante suos tenebris abscondere vultus,
Heliadum chorus insequitur, radijsq́; micantem
Auricomo lunam cætu super æthera cingunt:
Sic thalamum castæ cingebant agmine matres
Teutonides, cum virginibus circum vndiq; fusæ.
Ergo vbi facta quies & summa silentia rerum, — Suffraganeus & Canonicus à Constãtia copulat ãbos coniuges.
Tum Constantiacæ qui suffraganeus vrbis,
Vertice mitratus, operosa & veste recinctus,
Ingreditur sacer Antistes penetralia Xysti,
Atq; aram reuerenter adit, precibusq́; litatis

Murmu-

Murmurat: & ſecum Chriſtum taciturnus adorat,
Vt pia coniugij confirmet fœdera cœpti,
Incipit; & clarè tandem ſua verba reſoluit
Sacrificus vates, mirè & connubia laudat,
Sermonem è ſacris exorſus: ſancta Tobiæ
Cœpta, incepta Dei ductu (memorabile Sponſo
Exemplum profert.) Hic Saram duxerat olim,
Quando ſui patris mandata ſequutus, honeſto
Deditus obſequio, officium pietatis obiuit.
Hanc ſibi coniugio diuinitus eſſe paratam
Vxorem Saram, æterno duce & auſpice rege,
Aſſerit: & magno ſe ſubiecisse parenti,
Officijs ſemper promtum, ſtudijsq́; paratum:
Propterea talem generoſo ſtemmate natam
Franciſcam egregio diuorum munere nactum.
His ita finitis: longo ſermone ſacerdos
Compellat Sponſum Dominum, fidamq́; ſodalem:
Conſiſtunt ambo: ſimul incipit ore ſacerdos:
Iane George Comes, Zagarollæ è ſtirpe vetuſta,
Inclyte Sponſe, Comes generoſo ſanguine nate,
Cui ſe pulchra viro dignatur iungere virgo
Franciſca; Ecquid adhuc pactos ſeruare hymenæos
Cum conſorte tori, & ſtat viuere pace benigna?
Seu ſors æqua regat, ſeu fulminet ore ſeuero?
Annuit hîc Sponſus, nutu pia fœdera firmans,
Tunc ſimul ad Sponſam vertit ſacer ora ſacerdos:
Salmæa de ſtirpe decus, lectiſſima virgo,
Tu quoq; connubij æterno te fœdere iunctam
Zollerio affirmas Sponſo, lectiq́; iugalis
Illæſam Franciſca fidem promittis: at illa
Annuit ore pio: tum Sponſæ leniter aufert,

Oratio & ſermo è ſacra ſcriptura depromptus à ſacerdote.

Applicatio.

Copulatio & confirmatio cõiugii.

Audiatur & altera pars.

Imponens Sponſo pulcram pro more coronam,
Contextam gemmis, auro radiante nitentem:
Ceremoniæ confirmationis. Vir caput eſt, inquit, mulieris, & eſto corona,
Ornatus, dominus, decus, anchora, portus, & aura,
Confugium, theſaurus item, tutela, leuamen;
Subdita ſit mulier; ſimul officioſa marito,
Omnibus in rebus; non ore rebellis amaro;
Sed ſciat illa ſequi matrum pia facta bonarum,
Exemplum ad Saræ totam componere vitam.
Tunc etiam à Sponſo digiti petit ornamentum,
Franciſcæ digitis Sponſæ pòſt inſerit illud:
Annulus hic veluti, dicens, ſuper orbe rotundus,
Aureus eſt, puri deductus ab arte metalli:
Sic amor illæſo purus ſtet corde rotundus.
Tum ſacer Antiſtes dextram coniungere dextræ
Conſecratio coniugii. Præcipit: & firmo nectit duo pectora vinclo;
In Patris, & Gnati, diuini & flaminis ambos
Nomine coniungit: ſic horum fœdera ſancit;
Nam quoſcunq; Deus coniungit amore iugali,
Diſiungat nemo niſi mors, fatumq; futurum.
His dictis, omnes procumbunt poplite flexo;
Pro ſe quiſq; ſacrâ Chriſtum de pace rogârunt,
Vt pia confirmet connubia flamine ſancto:
Gratulatio. Det Sponſis facilem curſum, det proſpera vitæ
Commoda, feliceſq; dies, prolemq; vetuſta
Suſcitet ipſe domo, ſera de ſtirpe nepotes
Piæ preces & vota circumſtantiũ. Proferat, & Sponſus det commoda quæq; benigna;
Hæc vox vna viris, vox matribus vna: nuruſq;
Hæc eadem teneris ſuſpendunt vota labellis.
His habitis precibus, votis ſolenniter actis,
Protinus arguti genialia carmina dulci

Canto

Cantores Comitis vocum modulamine fundunt:
Plurima concordi ſubſultant limina cantu:
Hîc alij teneras imitantur gutture Nymphas, Muſica nuptialis.
Sirenumq́; ſonos aptis concentibus edunt:
Sublimes alij iactant ſuper omnia voces,
Tempora & albentes numeris imitantur olores. Cõparatio vocis.
His ita compoſito tranſactis ordine rebus,
Cum fremitu plaudunt omnes, & vocibus ijsdem
Omnes ad cœnam, lituis clangentibus, ibant:
Splendida ſtant Comitis cœnacula proxima Sponſi:
Huc epulæ, ditesq́; foci, cœtusq́; miniſtrûm
Stipantur, pendent lychni laquearibus aureis
Incenſi, & flammis vincunt funalia noctem.
Hîc dape multiplici menſæ ſternuntur acernæ,
Ponitur eſcarum variarum magnus aceruus:
Tunc manibus lymphas infundunt ritè miniſtri, Cœna nuptialis.
Deinde ſacras dedit ore preces, palmasq́; tetendit
Ad cœlum diua venerandus voce ſacerdos.
Olli diſcubuêre toris, & corpora ſellis
Auro præcultis, oſtroq́; rubente locârunt.
Zollerius primùm Sponſus, Nympheq́; deinceps
Franciſca, & reliquæ matres, ſpecioſa corona, Cœna nuptialis.
Ordine conſidunt, cygnæa veſte recinctæ:
Parte aliâ illuſtres Comites, magniq́; Barones
Procumbunt; læti genialia corpora toſta
Carne replent, vinoq́; ſitim, curasq́; repellunt.
Incipiunt omnes hilares exponere frontes,
Colloquio ſuaui reſonant longa atria circùm:
Inprimis Sponſus placido ſuper omnia nutu Sponſi hilaritas & ſuaue colloquium cũ ſua Spõſa.
Franciſcam monet, exporrecta fronte ſedere;
Pocula prælibans, dulces de more ciboſq́;

Argento imponens; illa acceptare parata:
Intus enim tacitis ardescunt pectora flammis,
Sponsaq; purpureo formosa refulget amictu,
Et niueas suffusa genas, castumq; ruborem
A facie fundit, qualem dat sanguine mixtum
Comparatio. Si quis ebur tingit: vel lilia pulchra renident
Mixta rosis: tales de se dat Sponsa colores.
Sic reliquæ matres, ostroq; auroq; superbæ,
Cum grege virgineo toto splendente refulgent.
Hilaritas & serenitas frontium & mentium. Hinc omnes pulsæ læto de pectore curæ,
Atq; omnis mœror tristi de corde recessit,
Instaurantq; animos: & vino corpora curant,
Atq; hilari præ se declarant gaudia vultu.
Interea nusquam genialis musica cessat
MusicaNuptialis. Exhilarare epulas; & voci adiungere neruos.
Nam quid ego tenues puerili è gutture voces
Panduræ aptatas referam? quid murmura denso
Excita cum bombo, lituoq; admista profundo?
Quid Magadem? duplâ genialia nablia palma
Impulsa: aut cytharæ moderamina suauia tactæ?
Vel stupido placitura Midæ: Faunoq; bicorni.
Credibile est, olim Æacida celebrante iugalis
Fœdera casta tori, Phæbumq; nouemq; sorores
Talibus instructas numeris, & voce sonorum
Hilaritas Italo-Friderici Comitis à Zollern cũ suis hospitibus. Zollerias intrasse domos, Helicone relicto;
Tantus erat mediâ vocum concentus in aulâ.
Italfridricus pateram quoq; corripit amplam,
Alsatico plenam vino, laticemq; Lyæum
Circumferre iubet, lætasq; exporgere frontes.
Alloquiturq; viros, socerumq;, socrumq;: vocatos
Omnes colloquio suaui solatur amicos.

Interea

Interea multi de nobilitate ministri
Lancibus imponunt escas, & vina coronant.
Cuiq; suus domino cyathum pincerna ministrat,
Et iuuenis docto regalia fercula cultro
Chironomus secat, argentoq; imponit herili:
Inter quos Henricus erat, sermone latino
Eloquioq; valens, & docta nobilis arte,
Qui Liechtensteina se nominat arce celebrem:
Cum fratre Osualdo secat omnia fercula cultro,
Postea furcinulis præponunt quæq; recuruis.
Hic quoq; Grumblichium vidi portare Ioannem
Excelsam de lance struem, bona fercla ciborum:
Sic alij plures oculorum pascua ponunt
Electi iuuenes certatim, aulæq; magistri
Præcedunt, virgæq; viam moderamine monstrant:
Dapsilibus largas importat lancibus escas.
Vohensteinensi se primus nominat arce:
Post Fyrstenbergæ capitaneus arcis Egolphus,
Danubij ad fontem, quâ Thoneschinga superbit,
Ister & à primis summum caput extulit vndis.
Tertius hic Reuchlinus erat cognomine dictus,
Qui mihi Frischlino prius haud innotuit olim:
Sed mihi quartus erat multis benè notus ab annis,
Christophorus, Vvidman cognomine dictus, Ianus,
Quem Mieringa virum de nobilitate celebrem
Reddit, & insignem iam fecit in arce magistrum
Zolleria: vt Dapifer sex lances lancibus escas
Impositas ferret, magna comitante caterua.
Quintus erat Comitis Faullacher in arce magister,
Dapsilis escarum promus, condusq; fidelis
Italfridrici Comitis: vir nobilis ortu:

Ministri Dapiferi Comitis à Zollarn.

Ioannes Heinricus à Liechtestein officialis & mensarũ inspector.

Ioan: Grymblich nobilis à Grimmenstein.

Cibi aspectabiles & oculorum pascua.

Aulæ magistri sex erant.

Ioan: Christoph. Vvidman à Mieringen aulæ magister in nuptiis Zollerianis.

Sebastianus Faullaccher nobilis.

Quis q; magiſter adeſt, & conſiliarius aulæ.
Sextus menſarum cuſtos, & epiſcopus aulæ
Stebenhofferus fuit, vltimus officialis
Andreas Stebenhoferus nobilis vir.
Andreas: Comitis nunc aulæ & in arce magiſter:
Vir bonus,& placido vir corpore, nobilis ortu.
Mores ciuiles & aulici in mēſa exhibiti.
Vidiſſes aptos Nympharum hoc ordine mores,
Vidiſſes animos demiſſa fronte pudicos,
Vidiſſes primis vix pocula tacta labellis.
Ergo vbi prima quies epulis, menſæq; remotæ:
Ecce quater deni cantores, arte magiſtri,
Congeminant plauſus, numerosq; per alta volutans
Atria, concentus contendit ad aſtra canorus.
Hîc alij teneras imitantur voce puellas,
Muſica genialis.
Sirenumq; modos edunt, concentibus aptos:
Sublimes alij iactant ex pectore voces:
Sunt qui demiſſis ſuperant pulmonibus vrſos,
Murmuraq; ingeminant è gutture ducta profundo:
Pars medio voluit vocum ſatiata tenore
Carmina: pars numeris circum ſonituq; vagatur:
Mox fide conſpicuus cytharam ferit alter Iopas,
Buccinaq;, & Phrygijs intermodulatur arundo
Vocibus; impellit Sambucæ pollice claues
Comparatio.
Muſagetes, ſetaq; chelys tractatur equina:
Et leuibus digitis teſtudo intercinit icta:
Non ſic percuſſis ſociauit carmina neruis,
Se cytharæ ſonitu ſyluas animosq; ferarum,
Dijs genitus vates & ſaxa ſequentia ducens,
Qualiter hîc reſonant varijs concentibus omnes
Zollerij Comitis cantores, arte magiſtri,
Quos ita Zengelius Narciſſus, in arte peritus:
Narciſſus Zengelius archimuſicus, ſacelli magiſter in aula Zolleriana.
Inſtruit, ille chori princeps, rectorq; fidelis,
Qui mihi Friſchlino vetus eſt & notus amicus.

Ergò

Ergó vbi cuncta suum repererunt ordine finem,
Musica cessauit tandem, mensæq; remotæ:
In medium venit prælonga veste sacerdos,
Qui Christo dignas soluit pro munere grates:
Postea discessit submissè poplite flexo:
Surgunt de mensis Comites genialibus omnes,
Dant manibus lymphas de nobiliore ministri
Stirpe sati, tunsisq; ferunt mantilia villis.
Instituunt saturi Comites tractare choreas,
Exercentq; choros: videas incedere binas
Ordine, & inflexo revereri poplite patres.
Concio magna fuit matrum, glorumq; caterua
Maxima: cum Sponsa sederunt parte sinistra:
Plebeia in medio spectantum turba virorum
Constitit: huic ego Frischlinus spectator adhæsi,
Vt tibi visa satis spectacula cuncta referrem.
Suprema statione stetit, magno agmine cinctus,
Sponsus: & ad Sponsam legatos ordine binos
Miserat: an vellet secum saltare choream?
Annuit hæc flexo reuerenter poplite, eandem
Mox illi adducunt, ardentemq; ante maritum
Constituunt, Comes Otho, simul Rhenensis Adolphus,
Ille dat amplexus dextræ, inuoluitq; sinistram,
Instituitq; chorum, præeunt cum lampade iunctis
Zollerius manibus Comes ille Georgius, olim
Patre Ioachimo genitus: Frobenius alter,
Helffensteinensi veteri de stirpe dynasta:
Dein quoq; tædiferi gemini de more sequuntur,
Scilicet illustris Merspurgo stemmate Baro
Christophorus, sociusq; chori Ludouicus adhærens,
De Sachs; hi longam claudunt à fine choream.

Gratiarum actio post mensam.

Chorea & saltatio Comitum & Nobiliũ à cœna.

Ordo in ducendis choreis obseruatus.

Nobiles & Barones tædiferi præcedentes choreã

Ludouic. à Sachs.

Tunc oritur ſtridor lituum, ſonitusq́; tubarum
Maximus, & cœli ferit aurea ſydera clangor.
Stant famuli circùm, manibus qui lumina geſtant
Cerea, quæ magnam ſpargunt per inania lucem:
Hi pedibus plaudunt, & longa per atria ſaltant,
Ad numerumq́; mouent omnes genialia crura:
In medio Neonympha volans Franciſca, Georgo
Iohanni Comiti gratis ſe immiſcuit vlnis,
Quæ roſeo vultu, roſea ceruice refulſit;
Purpura verrit humum, ſaturataq́; murice palla.
Hîc primus ſaltus, choreæ ceſſatio primæ.

Secund9 ordo ſaltationis.

Poſtea Fridricus princeps de ſtirpe Georgus
Marchio Badana ſequitur, Sponſamq́; prehendit
Zolleriam, mouitq́; pedes, quem ponè ſequuntur,
Et quoq; præcedunt bini, qui lumina geſtant,
Tædigeri pulcrum claudunt ſaltatibus agmen:
Hîc iterum inflexæ conſtrata per atria magnis
Cantibus aſtra tubæ feriunt, auresq́; retundunt:
Talem dant ſonitum, qualem, cùm bellica Enyo
Excit ad arma viros, raucum dat buccina cantum.
Ad numerum ſua crura mouent cum coniuge coniux,
Et tandem feſſi requiêrunt fine choreę.

Terti9 act9 choreæ.

Brandenburgenſi legato tertius actus
Traditur, huic conſors Friderici oblata Georgi
Iulia Badani, Sponſæ ſoror Vrſula ſacræ.

Quartus congreſſus in chorea.

Principis hîc Bauari legatus in ordine quartus
Adfuit in chorea, qui circumduxit Eliſam,
Stemmate Badanam præluſtri Marchioniſſam.

Quintus.

Quintus Onolzbacho Friderico principe miſſus,
Rhenenſis Comitis coſtam, Sponſæq́; Nouercam
Accipit oblatam, formoſa fronte Sibyllam

Eyſen-

Eysenburgensem, pede non remorante sequentem.
Tum Vademontano legatus Principe missus:
Hic Simaringensem bene circumducit Elisam. Sextus.
Septimus insequitur legati munere clarus Septimus.
Vuirtenbergiaci, Vuellingius ille Sebastus,
Rhenensi Dominâ cum coniuge saltat Adolphi.
Prodit & Ernesto Friderico principe missus
Badano octauus numero legatus ibidem, Octauus.
Quem Helffensteinensis Comitissa Apolonia duxit.
Vltimus & nonus legatus Reimmiremonto
Aduemens missus, cum coniuge saltat Elisa Nonus.
Fyrstenbergensis Friderici: nempe Ioannes
Rhenensis Vuilldusq; Comes, Salmæa propago,
Quos bini Comites iterum, biniq; Barones,
Æris ad accentum, præcedunt atque sequuntur.
Pòst cessante tubâ, lituoq; silente canoro,
Tunc moderata sonum leni spiramine buxus
Personat, & suaui saltantes murmure mulcet,
Tibiaq; argutas emittit buxea voces,
Et mouet ad numerum genialia crura iuuentus,
Festiuas tredecim peragunt hoc more choreas,
De grege Nobilium, quos & de more sequuntur,
Et duo præcedunt facibus splendentibus altè:
Festiuum iunctis manibus glomerantur in orbem:
Donec iam medio nox præcipitatur olympo,
Et suadent dulces nutantia sydera somnos.
Tunc Comes Otho nouam felici sydere nuptam
Franciscam ducens, tacitè paulisper oberrans,
Ex oculis nostris disparuit: ille receptus
In Sponsi superum veniens conclaue venustum,
Atq; ibi Franciscam sistit paranymphus: at illa

Noua musica instituta post classicum sonitum.

Deductio Sponsæ ad lectũ genialẽ.

 Ex-

Expectat Sponſum cum fœmineo comitatu:
Protinus inſequitur Sponſus, comitante caterua
Nobiliumq́; manu, Comitumq́; Ducumq́; cohorte;
Omnes diſcedunt, Comitis longa atria linquunt.
Ædibus in ſummis quoddam conclaue reductum,
Deſcriptio cubilis. Candidius niue gypſatum candente cubile eſt,
Regificusq́; loci thalamus genialis, vbi alta
Sponda parata fuit, gradibusq́, accliuis eburnis
Stat torus, & picto lectum diſcriminat auro:
Lectus & torus genialis. Hinc illinc veteres picto ſtant pariete Reges
Romani imperij, qui ſceptra tulêre per oras
Teutonicas quondam, præpulchris ritè figuris.
Eſt ſanè obductum pario de marmore totum
Conclaue, & rutilis pulcrum laquearibus aureis:
Deinde pauimentum candente micans alabaſtro,
Suſpicit omne latus, nitidis illuſtre feneſtris.
Ducitur huc Sponſus, Sponſa expectante, Georgus;
Conſtiterant matres ſimul, innuptæq́; puellæ,
Illuſtresq́; viri, donec Franciſca locatur,
Proxima Ioanni Sponſo coniuncta Georgo.
His ita tranſactis, felicia quæq; precantes
Comites & Barones & nobiles ſe cubitũ cõferũt. Diſcedunt omnes, cum coniuge principe princeps
Marchio Fridricus; Comites, magniq́; Barones
Dedunt ſe molli per ſtragula picta quieti.
Hoc tamen inſomnem traduxi ego tempore noctem,
Poëta inſomnem traduxit carmine noctem. Et lucubrando celeres ex tempore rhythmos
Conſcripſi hîc aliquot centenos, cantibus aptos,
Et certis pedibus, numeris, modulisq́; canoros.
Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Deſcriptio noctis. Corpora: prima quies quando mortalibus ægris
Conciliat ſomnum, & feſſis gratiſſima ſerpit,

Et nocturna sonum sonuit campana secundum:
Incipio, & tali meditor mea carmina voto,
Quæ Sponsis tacita mecum cano mente: reuoluens
Cogito, Francisci lux est oriunda Beati,
Sacra dies nobis mox aduentura, benignus
Det pater omnipotens, hominum sator, atq; creator
Cunctarum rerum, & cui sunt connubia curæ;
Formosam sobolem pro serto, proq; corona
Franciscæ Sponsæ, & diademate fronte virenti.
Da pater, vt magna ludat Franciscullus aula
Zolleria: qui vagitu bene compleat ædem,
Quando reuertetur reuolutis mensibus annus.
His votis precibusq; meis pie Christe faueto,
Aspira licitis feliciter (obsecro) cœptis.
Interea vigiles, dum sic mea carmina condo,
Obsedêre fores, vicos & mœnia circum
Proclamant numerum, quoties sonus editur horæ,
Excubias vigilanter agunt, vrbemq; tuentur.

Votũ poëticũ & carmen nuptials

Hoc votum est completum: nat⁹ est enim Illus⁹ Fridericus anno cõpleto 1 5 9 9.

LIBER TERTIVS DE NVPTIIS ZOLLERIANIS.

Iam croceïs aurora rotis surgebat Eoo
Littore, festiuumq; diem temone ferebat
Auricomo, cùm primùm alto se gurgite tollunt
Ætherei Phaëtontis equi, lucemq; reducunt:
Tum domus interior litui clangore remugit,
Protinus è somnis vigiles stratisq; superbis
Corripuêre gradus, sese longo ordine circum
Fundentes, Sponsoq; nouo pia vota precantes:

Descriptio secundi diei nuptialis

Magna-

Magnanimiq; Duces, ostroq; ornata iuuentus,
Omnes nobilium proceres, magniq; Barones:
Huc etiam matres & Nymphæ tardius ibant,
Nam dum comuntur, melior pars acta diei.
Iamq; adeò inflatæ sonitum dant buccinæ anhelum
Bis geminæ, & multo pulsabant æthera cantu.
Est locus interior mediæ in penetralibus aulæ,
Quà præluſtre nouis nuptis conclaue patebat,
Sublimisq; torus, serico constratus & ostro,
Quò fuerant ambo prima sub nocte locati.
Huc ergò ingressus, post summa silentia turbæ,
Incipit orator, Comes augustissimus Ottho,
Rhenigenûm Dominus, quæ conuenientia cœpto;
Præfatus, quid dotis erit (rogat ille) futurum,
Inclyte Sponse, Comes nobis estare Georgi?
Nam chorus hic totus causam confluxit ob istam:
Sic ait: & tacitus reliquis præsentibus adstat
Continuò Sponsus, dum sic Comes Ottho perorat,
Exhibet augustâ præluſtria munera dextrâ,
Datq; maritalem pacto pro fœdere dotem,
Scilicet auratum, gemmisq; insigne monile,
Multos Chrysolithos, focalia lucida gemmis,
Inclusos auro lapides, viridesq; Smaragdos
Continuit, multos adamantas Iaspide cinctos:
Quod fuit, vt fama est, emtum bis mille coronis:
Accipit inflexo reuerenter poplite donum
Virgo decens, rutilante auro gemmisq; superba.
His actis, iterum resonant inflata canoræ
Æra tubæ, ingenti complentur tecta tumultu.
Tempus erat, medium tenuit sol aureus orbem,
Cùm delubra iterum Comites petiêre, Ducesq;,

Mulieres dum comuntur & moliuntur, annus est. Terent.

Oratio Comitis Rhenēsis Otthonis ad Sponsum.

Dos maritalis.

Nobili-

Nobiliumq́; manus: vidi, matresq́; nurusq́; Ingressus in templum horam circiter duodecimã meridianam.
Suspensos huc ferre gradus, & templa subire.
Sidonias vidi tunicas, femoralia baccis
Aspera, gemmatasq́; togas, viridesq́; Smaragdos,
Thoracum manicas auri sub tegmine pictas;
Purpureis ibant sagulis, cristisq́; decori.
Ante fores templi festiua per atria clangunt Tubicines duodecim cõplerunt vocibus aulam.
Ære tubæ, resonant litui, sonituq́; resultant,
Et complent omnes claris concentibus aures.
Ante omnes Sponsus prima statione Georgus
Emicat: & dominis stipatus vtrinq; duobus,
Ingreditur templum: Simaringæ Carolus vrbis
Patruus hîc dextram clausit: Sponsiq́; sinistram
Illustris Baro, Lympurga de stirpe Ioannes:
Ille ibat medius precioso cinctus amictu;
Vestis erat gemmis splendens, auroq́; rigescens, Sponsi amictus & habitus.
Instar purpureæ violæ, sole irradiante;
Serica dependent nitidis in margine limbis
Pallia picta humeris; regali splendida sumtu:
Crista duplex ambit nigrum de more galerum,
Irradiata auro, gemmisq́; ornata coruscis.
Tum quoq; Sponsa decens palla vestita rubentis
Candyos, hesternis dominis comitata subintrat:
Palla micat, solemq́; suo splendore lacessit: Sponsæ vestitus & ornatus.
Omnia Sponsa suo Sponso vestemq́; coloremq́;
Incedit similis: preciosa monilia gestans:
Auro picta sinus, auro radiata capillos:
Succedunt binæ matres, & poplite flexo
Illustres dominos templi sub limen honorant,
Hoc faciunt Comitum vxores: sociæq́; Baronum,
Hoc & nobilium faciunt natæq́; paresq́;.

Gynæcæi ornamenta.

Gemmis insignes, & nigro murice, & auro,
Succinctæ trabeis, & longo syrmate terram
Verrentes, thorax it candida pectora circum;
Perq; humeros adeò tenui multitia lino,
Serica se filis vt prodat palla sub albis;
Nec tereti desunt aurata monilia collo,
Nec gemmæ digitis, armilla nec aurea carpis.
Binæ etiam, gracili subnexæ pectora cinctu,
Albatæ incedunt ponè, innuptæq; puellæ,
Subtiles flauo gestantes vertice mitras,
Contectæq; leui generosum corpus amictu,
Et strophio teretes collectæ ritè papillas:
Dij quales vultus? quæ celsæ tempora frontis?
Quàm teretes digiti manuum? quàm lactea colla?
Pectoraq;, artificum laudatis proxima signis?
Quàm vigiles oculi, nitidi ceu sidera cœli?
Et quàm suspendunt scito vestigia passu?

Incessus matronarũ & virginũ.

Quàm doctè incedunt, quæ morum tanta venustas?
Qui turbæ decor ingenuæ? quæ gratia cœtus?
Ordine iamq; omnes sacræ in penetralibus ædis,
Constiterant matres simul innuptæq; puellæ,
Illustresq; viri: sacram stat Sponsus ad aram,
Et Francisca simul, Christum in sua vota vocantes;
Ore preces fundunt taciti, quos turba sequuntur
Cætera: tum voces aperit Missista sacerdos,
Collectamq; canit pro Sponsis ore latino:

Collecta sacerdotis corã altari canentis.

O Deus omnipotens, nostri tu mente benigna
Esto memor, fideiq; datæ, qui fœdere certo
Progeniem per mille gradus, seriemq; nepotum
Pollicitus, veterum reuocato in sanguine patrum,
Affore dixisti: ne te sententia vertat:

Aspice

Aſpice Zollerium Dominum, Sponſumq; Georgum,
Romani imperij dilectum iure cubilis
Cuſtodem: Dominum clementer reſpice noſtrum,
Chare pater, Sponſamq; nouam Deus optime ſerua
Franciſcam, Dominam noſtram; defende lareſq;
Zollerios omnes: generoſo à ſanguine natos.
Da plures, Deus omnipotens, Rex ætheris alti,
Exaudi pater alme tuos, & verba precantum
Suſcipe; ſeclorum per ſecula cuncta priorum. — Per omnia ſecula ſeculorum Amen
Sic canit: huic reſonat vocali muſica cantu,
Semper Amen totus chorus huic reſpondet amicus;
Omnia ſuaue ſonant octo diſcrimina vocum.
Nam quoties, (Dominus vobiſcum) voce ſacerdos
Altiſona cecinit, toties (Amen) ordo canebat
Muſicus, & dulci reſonabant atria cantu.
Dumq, ita cantores recinunt: altaria fumant
Succenſis facibus, ceraq; ardente ſacrata.
Ara ſtat illuſtris, pario de marmore tota — Deſcriptio aræ in templo aulico auro obductæ. Hiſtoriæ in tabula altaris.
Conſtrata, & pulcris ſanctorum ornata figuris:
Hic videas Chriſti matrem, ſanctamq; Mariam,
Marmore candentem, tenſis ad ſydera palmis;
Erectam ſtatuam gemmis, auroq; nitentem,
Cui pater ætherius, cœli Rex arbiter alti,
Cum ſibi dilecto vult ſertum imponere gnato:
Nam manibus retinent auratam ritè coronam,
Et capiti imponunt: ſpecie volat ille columbæ
Deſuper ætherius qui ſpiritus omnia ſeruat.
Non procul in tabula videas ſpectator eâdem
Hiſtoriam totam de Chriſti Numinis ortu:
Cernis enim poſitum iuxta præſepia nudum — Natiuitas Chriſti
Infantem, radijs illuſtrem: oculiſq; decorum,

 Quem

Quem ferrugineo velamine mater amicta,
Haud vllo nixu ſub luminis edidit auras;
Et iam curuatis genibus ceu numen adorat,
Conduplicatq́; manus virgo, ſimul aſtat eidem
Demiſſo vultu ſenior Ioſephus, & alto
Neſcio quid ſecum meditatur pectore rerum.
Hinc Aſinus, bos hinc præſepibus exerit altis
Attonitum caput, & regem veneratur olympi.
Tum duo paſtores altis è montibus adſunt,
Ruſtica multiſori fundentes carmina cannâ,
In medio turres ſurgunt, atq; aurea mala
Frondibus arboreis pendent: Regesq́; Sabæi
Greſſum illuc tendunt, & munera læta ferentes,
Thure Deum, Regemq́; auro, ſtactæq́; liquore
Agnoſcunt hominem: & votis precibusq́; fatigant.

Paſſio Christi 7. partibus in tabulis auratis comphenſa.

Pariete vicino Chriſti ſtat paſſio, ſeptem
Partibus auratis pulcrè diuiſa, figuris
Ad viuum expreſſis: templo ſplendente refulgent
Artificum manibus cælata ſedilia quæq;.
Quid tibi commemorem templo ſtans organon altum?
Sanè opus egregium, docto modulante magiſtro
Muſico, & Haſſero claues tangente Iacobo.

Organiſta Iacobus Haſſerus, muſicus excellēs & doctus.

Interea Sponſus clara cum coniuge flexis
Procumbit genibus, puluinariq́; parato
Nititur, atq; oſtro, Chriſtum prece ſupplice poſcens:
Nec mora, bis ſenæ iactantur ad æthera voces,
Suaue melos, lætumq́, canunt hymenæon, & auras
Grata cantores vocum dulcedine mulcent:

Narciſſus Zengelius ſacelli magiſter, Archimuſicus Comitis à Zollern.

Ora, modosq́; regit Narciſſus in arte peritus
Zengelius, cantus author, vocumq́; magiſter,
Muſicus excellens, docto moderamine cœtum.

Qui

Qui regit, & gratum modulatur gutture carmen.
Hîc quoq; Fernandum præclarâ voce magistrum
Vidimus Orlandum, Boijs qui venit ab oris,
Cantibus egregijs instructum, & voce canora:
Namq; choro totum se immiscuit ille canenti,
Aurea pectoribus demissa monilia gestans:
Tum sese nobis Anthonius exhibet, arte
Musicus egregius, tremula cum voce Bolasco
Per cantum fugiens, tanquam philomela canora,
Discantum canit, & notulis cita verba colorat.
Tandem vbi cuncta suum repererunt ordine finem,
Delubro excedunt Domini, rerumq; potentes,
Cum Sponso nuptaq; Duces, matrumq; coronâ:
Cyclade quæq; solum longa verrebat amicta:
Tum templo egressis, clangunt inflata fragore
Martigeno duodena modos simul æra tubarum,
Omnia barbaricum resonant Taratantara cantum,
It cœlo stridor lituum, clangorq; tubarum.
Tunc famuli instaurant epulas, mensisq; reportant
Dona laboratæ Cereris, Bacchumq; ministrant,
Orbesq; argento ductos in margine ponunt,
Et super argentum tenui mantilia filo.
Hîc suaues herbæ mensis sternuntur acernis,
Tum lecti iuuenes certatim fercula mensis
Imponunt, largas piperatis lancibus escas;
Præcedunt illos sex aulæ equitumq; magistri,
Atq; viam monstrant virgæ moderamine recto
Omnibus argento positam portantibus escam:
Et famuli Heroum manibus dant ordine lymphas,
Malluuioq; super fundunt è diuite guttas,
Candidaq; expediunt tonsis mantilia villis:

Ferdinand9 Orlandus musicus, è Boiis exoriundus agris.

Tubicines duodecim.

Sex aulæ magistri.

Nec mora, continuò ſacrata veſte ſacerdos
Cōſecratio mēſæ. In medium venit, & poſitas prece conſecrat eſcas;
Inuocat ille patrem cœli: Mariæq; ſalutem
Poſtea pro ritu recitat: Chriſtumq; popoſcit,
Hoſpitibus lætam confirmet vt omine menſam,
Gaudiaq; ipſius nutu clemente diei
Rite ſecundando, mœrorum nubila pellat:
Poplite ſubmiſſè flexo diſcedit, Amenq;
Dicit: & è medio rurſus parat ire ſacerdos.
Accubitus Comitum, Baronum & legatorū nobiliū. Protinus accubuêre Duces, miſtæq; maritæ
Coniugibus, ſellas conchâ ſidonide tinctas
Obſidunt, longæ regali in margine menſæ.
Locatio hoſpitū nuptialium. In primo Sponſus ſe collocat ordine, Sponſa
Cum placida, & lætus geniali veſcitur eſca:
Tum ſedet à dextra Badanæ Marchio terræ,
Coniuge cum charâ, Franciſcæ nempe ſorore;
A latere illius Badanæ ſtirpis Eliſa
Marchioniſſa ſedet, defuncti filia Carli.
Poſtea legatus Ioachimi principis illic
Brandenburgiaci Friderici, fronte ſerena
Obtinuit menſæ ſedem: tum principe miſſus
A Bauaro ſedit; Friderici poſtea Thomas
Brandenburgiaci, Kriechingo nomine clarus
Hoſpes, Onolzbaccho venit, vultuq; ſereno
Adfuit, Hechingâ Comiti pergratus in aulâ;
Chironomi & officiales. Paulus Roth de Schreckenſtein, nobilis vir, &c. Chironomus iuxtà ſtabat, qui iuſſa perito
Cultello peragat, furcisq; apponat obuncis
Argento heroum genialis fercula menſæ:
De Schreckenſteina Rotum ſe nomine Paullum
Nominat: is roſeo vultu, labrisq; genisq;
Aſtitit illuſtris; claris natalibus ortus,

Et mihi Friſchlino vati pergratus amicus.
Illius à dextrâ ſedit legatus ab aulâ
Vvirtenbergenſi, Vvellingius ille Sebaſtus,
Vir bonus & prudens, & cui mens conſcia recti:
Sub quo Fridrici legatus fronte ſerena
Badani ſedit, Schornſtettâ Carolus orâ.

Nobiliſſ. & prudẽtiſſ. vir, Sebaſtianus Vvellingius, legatus Vvirtembergicus in nuptiis Zollerianis.

Huic dextram Vademontano de principe miſſus,
Sed læuam claudit Salmææ ſtirpis Ianus,
Rhenigenûm Dominus, Vvildorum nomine clarus,
Remmiremontanæ legatus Claudiæ & ædis.
Tum ſoceri & ſocrus ſederunt ordine iuncti,
Italfridricus cum coniuge nempe Sibylla

Soceri & ſocrus.

Zymbræâ accumbens, geniali veſcitur eſcâ;
Cui latus illuſtris ſocer ipſo in margine menſæ
Fridricus placide thalami cum coniuge claudit.
Hac etiam tabula comedens Apolonia ſedem
Occupat illuſtris, Helffenſteinæa propago:

Apollonia Gomitiſſa ab Helffenſtein.

Hîc ſimul artifici peragunt ſua munia cultro
Chironomi, inciduntq; dapes: orbiq; reponunt.
Diſcubuêre toris etiam, menſiſq; paratis,
Illuſtris mater Vvalpurga à ſtirpe Ioanna,
Et Chunigunda ſoror, Kyngſecco ſtemmate clara:
Eleonora ſub hac ſedit Lympurgica coniux:
Poſt Ortengurgâ quæ dicitur Vrſula, ſede.
Tum Comes Emmericus Liningæ ſtirpis ibidem
Aſſedit, vultu frontem porrexit amœno.

Emericus Comes à Leyningen.

Stirpe Gerolzecka poſtrema parte Iacobus
Aſſidet, & menſæ regalia fercula ſumit.

Iacobus Comes à Sulz, Dominus in Gerolzeck.

Hîc quoq; Zollerius Simaringæ Carolus vrbis
Veſcitur, optatos lætiſſimus inter amicos,
Cui Baro Lympurgo de ſtemmate clarus adhæſit,

Ambo

Ambo pares animis, aucti virtutibus ambo.

Berchtold⁹ Baro Kyngſeckianus: Dominus in Aullendorff: comitatus Rotenfelſiani & dominii Stauffenſis: ſacræ Cæſ. maieſtatis conſiliarius, &c.

Proximus his ſedit Kyngſecca inſignis ab arce
Berchtoldus, Comes illuſtris, facieq; decorus;
Et Fyrſtenbergæ Comes illuſtriſſimus arcis,
Atq; Hohenlous Fridericus vterq; vocatus.
Iamq; omnes pulſæ nebulæ, curæq; remotæ,
Iamq; omnes recreati animi, fronteſq; ſerenæ:
Alſatico replent alij carcheſia Baccho,
Apponunt alij ſolemnia fercula menſis:

Muſica nuptialis.

Tunc etiam cythara ludit rubicundus Iopas
Aurata, & facilem laſciuo pollice cantum
Pertentat: tacta pulſus fide mœror & omnis
Cura abit, ingeminant lætantia pectora plauſum:
Tibia mox etiam bifori conuiuia buxo,
Et chelys, & concors teſtudo, & buccina molli
Clara ſono exhilarant, atq; octo carmina vocum,
Diſparibus variata modis concordia, cantu
Argumenta ſonant animi felicia læti.
Hic cantus quicquid Clemens contexuit antè,
Orlandus quicquid Boia meditatus in aula eſt,
Muſarum vertex, atq; hac coryphæus in arte:
Quattuor ex illo vidi grege, quattuor huius
Ante alios artis, buxiq; chelyſq; peritos:
Qui quoties libuit, chelybus luſêre quaternis,
Et varijs cecinêre modis, concentibus aptis.
Interea apportant oculorum paſcua ſerui,

Cibi aſpectabiles oculorũ pabula.

Expreſſis formata fauis, cretaq; tenaci,
Et reſina molli, viuoq; ornata colore:
Ne tantùm fauci ponantur pabula, & omnis
Eſca ferè ſolam lapſu deſcendat in aluum.
Primus ibi varijs ornatum frondibus hortum,

Et

Et ceruis, aprisq́;, canumq́; indagine cinctum,
Flatis gestant manibus, mensæq́; reponunt:
Illic cernere erat lepores sub frondibus altis,
Immanesq́; lupos rigida sub vepre latentes:
Hîc Hechingensem formatam vidimus arcem, Arx Hechingensis artificiose & affabrè expressa & formata tu't ex saccharo & melle & resina.
Sacchare constructam, mensæ & super orbe repostam:
Apparent Comitis conclauia singula nobis,
Sanè opus egregium visu, dignumq́; relatu.
Tertius huc infert equitem, sanctumq́; Georgum, Diuus Georgius eques auratus cibus aspectabilis.
Expressum forma, resina, cretaq́; tenaci,
Et mensæ Comitis posuit spectabile monstrum:
Nam Draco terribilis coram stetit ore repando, Historia de sancto Georgio.
Cuius eques rictum transfodit strenuus hasta:
Hic verò horrendum pandens immanis hiatum
Ardentesq́; oculos suffectus sanguine & ira,
Attollit caudam, sinuatq́; volumine tergum
Ante ipsum, viridesq́; extendit longius alas:
Virgo autem rubro candentiq́; astat amictu
Insignis, dextraq́; albentem sustinet agnum,
Et florem læua, capiti diadema refulget
Regale, & lachrymis oculi complentur obortis:
Conspicuus telo, durisq́; Georgius armis,
Albenti sublimis equo, caput aurea cassis
Obtegit, & rubræ & candentis fulgida cristæ
Cornua: dependent aurata monilia collo:
Fundit eques sæuum nudo mucrone Draconem:
Isthic nunc metuende iaces Draco, protinus inquit; Victoria diui Georgij.
Liberat armipotens multos formidine pressos:
Imprimis autem seruatur regia virgo,
Et plaudit populus, Diuo vincente Georgo,
Et quoq; terribili monstro pereunte Dracone:

Doctrina & explicatio hui⁹ historiæ aspectabilis.

Qua simul historia Sponsus Comes ipse Georgus
Spectator, pietatis amans, fideiq; probatæ
Christicola, hinc animum firmat, veteremq; Draconem
Per Christum superare cupit, Satanamq; tremendum
Vincere Zollerius Comes ille Georgius optat,
Et diuo similis miles cupit esse Georgo,
Nomine cum rebus bene conueniente decoris.
Perge ita, sis felix, Christo duce, & auspice Christo,
Et verus maneas cum nomine req; Georgus.

Quarta positio cibi aspectabilis fuit D. & magnus Christophorus.

Imposuit quartus Dapifer spectacula magni
Christophori: ingentem robusto corpore molem,
Ille pedes gradiens truncata ex arbore firmat,
Et sese inclinat ramis, humeroq; sedentem
Infantem Christum volitanti portat amictu,
Per mare veliuolum: circùm fremit omnis aquæ vis:
Hunc squallente senex barba præcessit, adunco
Innixusq; pedo dextrà, lychnumq; sinistrâ
Prætendit: lux illa fidem demonstrat eunti

Explicatio historiæ.

Cuilibet in Christum, hac vna datur astra tueri:
Sola fides omnes saluat, neglectaq; damnat,
Hæc seruanda pijs meta est, si fortè ferantur
Per mare, per terras, infestaq; regna Diabli.
Hic spectabilium finis, certusq; ciborum

Quid cibi aspectabiles moneát.

Vsus: si vitæ capiatur norma regendæ.
Iamq; vbi desierant lautæ spectacula mensæ,
Atq; extincta sitis, amor & compressus edendi,
Dant manibus lymphas famuli, & mantilia ponunt;

Gratiarum actio post cœnam.

Consurgunt omnes, superis dat vota sacerdos,
Et pro diuino persoluit munere grates:
Laudemus superum regem, cœliq; potentem.

Ter-

Terrarumq́; Deum facilem, dextraq́; benignum,
Felicem Dominum, cuius clementia mitis
Neſcit habere modum, ſine cuncto fine ſuperſtes:
Ille etiam brutæ pecudum dat pabula genti,
Exauditq́; preces corui, victumq́; roganti
Sufficit, & pullos tectorum in culmine nutrit:
Hinc laudate Deum gentes populiq́; ſub orbe
Quotquot agunt vitam: quoniam clementia firma
Illius eſt ſupra nos confirmata diebus
Omnibus: huic ſoli ſit laus, & gloria ſoli,
Gloria non vllis intermoritura diebus.
Alma Dei genitrix, ſalue mihi ſancta Maria, AueMaria, ſalutatio Angelica.
Gratia plena tibi: Domini clementia tecum:
Tu benedicta manes mulieres inter honoras,
Eſtq́; tui ventris fructus benedictus Ieſus.
Sic ait: & flexis genibus de more receſſit.
Iamq́; ferè prono ſol lapſus in æthere curru,
Ibat in Oceanum: tum menſis ponè relictis,
Diſcedunt omnes Nymphæq́;, & læta iuuentus,
Et Comitum generoſa cohors, legataq́; turba:
Quisq́; parat ſuperas conſcendere protinus ædes:
In conclaue ſuum, munus dotale paratum:
Mox iterum longo generoſæ ex ordine matres
Conueniunt, celſiq́; Duces, magniq́; Barones.
Legatiq́; omnes, patrioq́; à limine ciues,
Muneraq́; expediunt Sponſis pro more recepto,
Certatimq́; ſuis ditant connubia donis. Dona nuptialia.
A dextra Comitis ſtabant, ſed parte ſiniſtrâ
Matronæ, caſtæq́; nurus, Nymphæq́; decentes:
At verò medium tenuit cum coniuge Sponſus:
Tum pater accedit primùm Fridericus Itellus,

Primum donum nuptiale illust. & generosi Comitis à Zollern Italo-Friderici, patris Sponsi.

Zollerius præstes, & auiti gloria regni,
Splendida depromens regali munera cultu;
Scilicet auro ingens gemmisq; insigne monile,
Chrysolithis lucens, intermixtisq; rubinis:
Alma fides, ex quo prælustris imago pependit,
Complectens circùm gemmas viridesq; smaragdos
Et durum fibris Adamante, & Iaspide fuluum,
Et qui cœrulæa renitent ferrugine, turchos.

Secundum donũ nuptiale Abbatissæ Claudia Remiremontanæ.

Postea Rhenigenûm Dominus, Comes acer Ianus
Subsequitur, Sponsisq; auro atq; adamante superbum,
Fusilibusq; rosis pulcrum irradiumq; monile,
Remmiremontanæ Rectricis nomine, donat;
Quæ Sponsos tanto dignos censebat honore.

III. donũ nuptiale Ioann. Comitis à Salm.

Addidit huic etiam non dispar ipse monile
Baccatum, & circum multis adamantibus auctum
Salmæi Comitis magnum & memorabile donum.

IV. donum nuptiale gemmatum.

Inde subit quartum, gemmisq; auroq; corusco,
Cœruleisq; rosis, duroq; adamante paratum.

V. donũ nuptiale.

Accedit quintum Sponso acceptabile donum;
Scilicet irradians gemmis auroq; corona,
Et pelicanus erat feriens sua viscera morsu,
Stipatus pullis picto rutilantibus auro.

VI donum & honorariũ baccatũ.

Sextum munus ibi quinto fuit æquiparandum,
Seu contempleris gemmas, viridesq; smaragdos,
Concoctas siue igne rosas pulcrosq; saphyros,
Non multum reliquis precio vel nomine cedet.

VII. donum & clinodiũ Augustini Baronis à Merspurg.

Non minus accessit preciosum munus, & illud
Septeno numero fuit acceptabile donum:
Hoc Augustinus Merspurgo à stemmate Baro
Obtulerat, varijs gemmis, adamante, saphyro,
Et rutilis venis mixto, & sardonyche splẽdens:

Desu-

Deſuper explicitis generoſus pſittacus alis
Verſicolor cultu precioſo ex ære pependit.
Octauum ſequitur ſplendenti munere donum: VIII. donum & clinodium.
Pſittacus incluſas geſtabat pectore gemmas,
Excoctasq́; roſas: atq; Arabios hyacinthos.
Hæc Sponſis vidi donari munera gemmis
Exornata ſuis, precioſis arte lapillis,
Et quisnam poſſet tot percenſere ſmaragdos?
Quis tot chryſolithos, adamanthas, iaſpides, auro
Incluſos lapides? quis tot focalia gemmis
Lucida, tot torques, tot inaures, totq́; metallo
Armillas fuluo & precioſa monilia collo?
Crateras alij ſtatuunt, & pocula ponunt: Vaſa argẽtea, crateres & pocula inaurata.
Ex auro pateras: alij dant pura ſalina,
Et teretes orbes, cochlearia ducta metallo
Obryzo, & magnos, argentea vaſa, catinos.
Ingentem calicem Fridericus Marchio donans,
Protulit in medium munus prælustre Georgus,
Stat pede ſuffultus ſolido ex fundamine: cuius
Signifer armipotens cælato inſurgit operclo,
Rhenigenûmq́; gerit clypeos, & ſigna Badana.
Quingentis conſtat florenis nobile donum,
Pòſt Hechingenſis præſtantia munera conſul Senatus Hechingenſis donum,
Ingentem pateram ſtatuit, Sponſisq́; dicauit,
Arte laboratam: non illa ſobrius ibis
Epota: primis opus eſt attingere labris:
At tu, qui modico neſcis reſtinguere potu
Vexantem te fortè ſitim: ſitibunde vir iſtam
Aut ſimilem lapidem ſiccis appone labellis:
Illa capax quintæ menſuræ Vlmenſis ad imum
Continet: & conſtat florenis penè trecentis.

Desuper est Fortuna, vago velamine cincta,
Experiunda tibi sitienti: pòst titubanti
Exploranda: vbi non firmos dat figere gressus,
Zolleriæ gerit illa domus, Zymbræaq́; signa:
Intus erat scriptum; Donum prælustre senatus
Hoc Hechinganus Sponsis donauit vtrisq;:
Quod consul præsentat ouans, & poplite flexo;
Pauca ibi præfatus, sermone modestus abiuit.
Tum reliqui ciues, & subdita turba clientum,
E cunctis pagis certatim dona tulerunt:
Pocula Zollerijs ornata insignibus octo,
Queis illi Sponsum demisso pectore honorant.
Stettensis pagus pulcrum cratera dicauit;
At verò egregium, multoq; insignius auro
Miserunt poclum Moniales illius ædis,
Arte laboratum, precio & maiore redemtum:
In cuius superimposito stetit ore sacerdos,
Comprendens librum, baccatam deinde corollam;
Namq; Priorissam decuit, castasq́; sorores,
Non indigna sacris Monialibus addere dona.
Deinde sacerdotes coniunctis viribus omnes,
Quotquot sub Comitis læta ditione tenentur,
Ingens argentum Sponso statuêre benigno,
Conspicuum gemmis circum, fuluoq́; metallo;
Pignore cum tali magnum testantur amorem.
Coniugibusq́; nouis sponsalia læta precantur.
Tum socer acbessit, Vvildorum stemmate clarus,
Rhenigenûm dominus, Fridericus nomine dictus,
Franciscæ genitor, placido spectabilis ore:
Et duplicem phialam, gemmis auroq́; decoram,
In medium statuit, magni sparso ore leones

Subditorum Comitis à Zollern munera.

Hechingensium sacerdotū donum & honorariū nuptiale.

Friderici Vvildii Comitis Rhenensis & soceri donū nuptiale.

Pro-

Promicuêre pedes calicis ſplendentis ad imos:
Aureus è quouis pendebat circulus ore,
Horribiles vultus: tamen illis certa fauoris
Signa dedit, Sponſisq; ſuum patefecit amorem
Illuſtris genitor, placido ſermone precatus
Coniugium ſtabile, & fœcundi pignora lecti,
Natorum natos, & qui naſcentur ab illis.
Tum Brandenburgo legatus principe præſtò
Miſſus, Onolzbaccho Friderico nempe Georgo,
Arte laboratum calicem præſentat & offert.
Brandenburgiacum micat alto vertice ſignum,
Milite cum forti, validam tenet ille bipennem,
Et quaſi magnanimum ferro ſe oſtentat Achillem.
Vvirtenbergiacum ſubit amplo munere donum,
Sublimis crater, Friderico à principe, miſſus,
Quem Stuccardæâ Vvellingius vrbe Sebaſtus
Attulit: & Comiti ſub nomine principis offert:
Accipit hunc Sponſus grata cum mente Georgus,
Et cupit illius non immemor eſſe fauoris.
Tum fuit ingreſſus Simaringæ Carolus arcis,
Inſignem & pateram gemmis, auroq; micantem
Ponit, & agnato dat ſplendida munera Sponſo:
Mox ergò ingenuas imo de pectore grates
Sponſus agit patruo tali pro munere Carlo.
Deinde calix venit ſummo ſuper orbe notatus,
Sed non inſculptum certo gerit indice ſignum:
Inde alius ſimilis Sponſo eſt oblatus, & ipſe
Inſigni caruit: pulcrè ſed cætera ſplendent.
Poſtea Kyngſeckus Berchtoldus pocula ponit,
Conflata ex auro, patrijs ſatis aſpera ſignis:
Altera pars tenuit Kyngſeccia ſigna: ſecunda

Brādēburgicum honorarium.

Donum Vvirtenbergicum ad nuptias Zollerianas.

Donum nuptiale Caroli Comitis à Zollern.

Donum Berchtoldi Baronis in Kyngſeck.

Zym-

Zymbræum signum gentilia contulit arma.
Postea inauratum venit pro munere poclum,
Forma ingens, pulcrumq; gerens sub vertice signum,
Nam tenet armatam super axe virunculus hastam,
Baronum à Lympurg honorariũ.
Et Lympurgorum digitis cælata Baronum,
Zymbræiq; simul Comitis regalia signa:
Bina stetêre etiam sine certo pocula signo,
Fronte sed armigeris ritè insignita duobus.
Apoloniæ Comitissæ ab Helffenstein donarium.
Post hæc coniugibus Comitissa Apolonia donat
Helffensteinensis pateram phialamq; capacem,
Cuius inaurato cernuntur vertice sculpta
Helffensteinææ, veterisq; insignia Zimbræ.
Deinde Ioachimus (quem Fyrstenberga celebrem
Donũ Ioachimi Comitis à Fyrstẽberg, de mõte fãcto & VVerdẽberg.
Reddidit) ingentem cratera auroq; nitentem
Miserat: intra apicem notissima signa gerentem,
Vt Sponsus meminisse senis pro tempore possit,
Et iam defuncti Comitis monumenta supersint:
Cuius ego mortem lugubri carmine dignam
Postea describam, prius hîc tibi læta canamus:
Nolo ego delitias funebri carmine Sponsi
Contemerare, prius capiant quàm gaudia finem.
Ordine successit vidua optima dicta Iohanna,
Vvalpurgus Dapifer quam post se liquerat olim,
Stemmate Zymbræo fuit exorunda vetusto,
Cratera exsculptum signis, auroq; venustum
Esse sui dederat monumentum & pignus amoris.
Tum venit octauus simul & vigesimus auro
Obductus pro more calix, nitidissimus ille,
Donũ Friderici Comitis à Fyrstẽberg & VVerdenberg.
Quem Fyrstenberga Fridericus ab arce dicauit,
Arte laboratus, gemmis auroq; superbus:
In pedibus stetit ille suis, statione rotundus:

Vtra-

Vtraq; ſigna micant clypeis ex ordine binis
Sulzæa: & quæ picta refert inſignia ſanctus
Mons, Fyrſtenberga de gente exſculpta vetuſta.
Hæc poſuit monumenta ſui Fridericus amôris:
Atq; nouis Sponſis dat plurima ſigna fauoris.
Deinde calix ſequitur, quem ritè bipenniger ornat, — Donum nuptiale Bernhardi Comitis à Rappolſtein.
Signa gerens validâ Rappolſteinenſia dextrâ,
Bernhardi Comitis magnum & memorabile donum:
Iamq; erat appoſitus crater trigeſimus ipſe,
Arte quidem ſculptus, ſtatua clypeoq; decorus;
Sed nullum oſtendens clypeato in margine ſignum.
Quattuor hîc iterum Sponſo Sponſæq; locati,
Materia formaq, pares, in vertice quorum
Signiferi ſtant rite viri, clypeiq; rotundi:
Verùm inſculpta illis inſignia nulla fuerunt.
Eleonora ſui dat poſtea magna fauoris — Donū Eleonoræ Comitiſſæ à Zollern.
Pocula, Vvalpurgenſe notans in margine ſignum:
Zolleriumq; vetus (fuit illi namq; paternum)
Atq; ita cognatum præſenti munere donat.
Hinc mox Aichelius facundi Balthaſar oris, — Reuttlingenſis ciuitatis Imp. donum, quod præſētârunt Balthaſar Aichelius & Benedictus Gretzinger Archigrammateus.
Vir prudens animi, mercatu nobilis amplo,
Archigrammateo Reuttlinga venit ab vrbe
Cum Gretzingero, Benedicti nomen amante;
Hi duo præcelſam phialam ſtatuêre, decoram
Celatis auro notulis, pictisq; figuris:
Cuius Cupido pharetratus parte ſuprema
Contorquet telum digitis, celeremq; ſagittam:
Huic Friſchlinus ego ſublimi in culmine carmen
Adieci: quod docta manus imitata notauit:
ZOLLERIO COMITI TIBI IANO SPONSE GEORGO — Inſcriptio calicis Reuttlingenſium
REVTTLINGA HVNC PARVVM MISIT HONORE SCYPHVM.

Ex his & reliquis intelligit ordine donis,
Illustris Sponsus vicini signa fauoris.
Sed quis tot gemmas, auriq;, eborisq; talenta:
Tot rerum precia, obryzo potiora metallo
Munera connumeret? quis paucis plurima verbis
Comprendat? spacijs nimis hîc includor iniquis.

Omnis generis Suppellex preciosa.

Hîc cyathi lucent ducti meliore metallo,
Hîc gutti, hîc calices, hîc stant chrysendeta circum
Malluuia, hîc orbes, cochlearia, trulla, salinum,
Cirnea, fuscinulæ, lanx, cantharus, atq; lagena,
Et scutulæ argento fabrefactæ, & diuite cultu.
Iamq; oblata Comes cum Sponsa ex ordine dona,
Atq; vocatorum pariter pia vota virorum
Suscipit, & contrà felicia quæq; precatur:
Namq; vbi constiterant omnes ex ordine longo,
Ianus adest sapido Piperinus nomine doctor,

Gratiarum actio Ioan: Pfefferi V. I. Doctoris, & Comitis à Zollern Cancellarii, &c.

Zolleriæ magnus qui Cancellarius aulæ:
Cuius inest ori victrix opulentia linguæ,
Consiliumq; potens animo, magnumq; loquentis
Pondus: & attonitas sermo qui concitat aures:
Ille igitur medij postquàm subit atria xysthi,
Incipit, inflexis genibus, ac talia fatur:
Illustres virtute Duces, & fortibus ausis,
Et de principibus legati quotquot adestis,
Vos alti Comites: genus & prælustre Barones,
Nobiliumq; cohors, patrio de limite ciues,
Vrbibus imperij vel qui sunt ordine missi:
Vosq; piæ matres, & turba pudica puellæ,
Illustres animæ, claris natalibus ortæ:
Et quotquot sacras decoratum munere tædas
Vndiq; venistis, vel sanguinitate propinqui,

Vel

Vel modò vicini, vel chari ſemper amici:
Hic Sponſus coràm, dominus meus ille benignus,
Et Franciſca, ſibi multum lectiſſima coniux,
Accepêre pias animoſo è pectore voces,
Pacta quibus veſtræ ſacrant genialia mentes:
Tum, quæ munificis affertis munera dextris,
Hîc coràm aſpiciunt oculis, vt conuenit, æquis:
Pro quibus hîc & agunt & habent ex pectore grates
Semper inoblito meritas: operamq́; daturi,
Donec in hoc mundo lumen vitale videbunt,
Ne vos officijs illis certaſſe priores
Vnquam pœniteat: vos, dum genialia feſtæ
Tempora lucis eunt, reliquos conſumite læta
Fronte dies, actumq́; iſtum celebrate fauentes,
Quem laribus fauſtum Deus, hoſpitibusq́; vocatis
Eſſe velit, noſtroſq́; huius meminiſſe minores.
Dixit: & è medio leuiter pede motus abiuit.
Tunc iterum reſonare tubæ, lituiq́; recurui
Incipiunt, ſonituq́; vago vacua atria complent: Muſici & Tibicines.
Iamq́; omnes aulæ penetralia ſumma relinquunt,
Quiſq; ſuum conclaue petens, dum cœna paratur.
Tempus erat, quando decedens veſper olympum
Obſcurat nitidum, fax prima accenditur, horæ
Dum ſonus octauæ campanâ mugit ab ictâ:
Mox famuli inſtaurant epulas, menſaſq́; coronant,
Importantq́; cibos patinis, & pocula ponunt:
Numina trina vocans, tenſis ad ſydera palmis,
Sacrificus vates poſitas prece conſecrat eſcas:
Namq; pater noſter latio ſermone perorat, Cōſecratio mēſæ.
Et laudate Deum gentes, Mariæq́; ſalutem
Sub finem recitat; curuato & poplite cedit.

Ordine diſcumbunt omnes: cum coniuge primis
Franciſcâ ſellis Sponſus conſidere iuſſus,
Quam roſeo ornabat conchylis purpura fuco:
Tum reliqui accubuêre toris Comitesq;, Ducesq;,
Legatiq; omnes, cum nobilitate Barones:
Quisq; ſuam repetit veterem iuſto ordine ſedem,
Appoſitisq; cibis læti Bacchoq; fruuntur.

Accubitus ad mēſas & tabulas Comitis.

Lucius in prima geſtatur lance gelatus,
Carpioq; infertur, paſtetæ, & pannona pruna;
Tortaq;, præſigni referens candentia forma
Lilia; & ambroſio puls elixata Lyæo:
Fert alius croceo coctos in iure capones,
Ætnæis alius vitulinas ignibus aſſas:
Elixas alius patinâ renitente lacuſtres:
Hic aſſos lepores: lixas cobitidas ille:
Eſt etiam, artocreas gentis qui portat Iberæ,
Et pruna Vngariæ tortis incocta: catino
Gallinas alius corylorum porrigit aſſas:
His coctæ accedunt grato nidore volucres;
Et rubri cancri, nigroq; ex iure ferina,
Et puls è malis, & quæ mortaria pinſunt,
Liba: nec artocreas deſit perdice refertum.

Varii & lauti cibi nuptiales.

Addunt his alij ſpectacula grata minſtri:
Quæq; oculos poſſunt, atq; ora cibare tuentum.

Cibi ſpectabiles

Tunc iterum reſonat concentu muſica ſuaui,
Harmonicoq; ſono, vocum dulcedine mirâ;
Quam Comes illuſtris ſumtu Fridericus Itellus
Nunc alit ingenti: numeroq; ſonoq; decoram:
Namq; quater deni circumſtant arte magiſtri,
Congeminant plauſus, vocum dulcedine mixtos.
Quando ita cantauit percuſſis carmina neruis.

Muſica ſuauiſſima & lepidiſſima

Dijs

Dijs genitus vates, quando vir Thracius Orpheus,
Qui cytharæ ſonitu ſyluas, animosq; ferarum
Commouit reſonans, & ſaxa ſonantia ducens;
Non ego mirabor vatum figmenta priorum:
Tanta fuit vario diſcrimine gratia vocum,
Vt duri ſilices poſſent molleſcere cantu,
Et prædura hominum recreati corda ſedentum.
Tandem finis erat cœnæ, gratesq; peractæ
Cœlitibus: ſurgunt menſis properè inde remotis.
Tunc aliquot manibus geſtant de ſtirpe miniſtri
Nobiliore faces, ſparguntq; per atria lucem: Tædiferi pueri.
Inſtituunt omnes molles agitare choreas,
Exoritur ſtridor lituum, clangorq; tubarum.
Ardenti ſemper prægreſſi lampade bini
Tædiferi circumſaliunt, biniq; ſequuntur,
Ad numerumq; mouent inflexo poplite crura.
Sed iam ſtellanti nox præcipitatur olympo,
Atq; leues ſuadent humentia ſidera ſomnos,
Diſcedunt omnes: Nymphæq;, & læta iuuentus,
Nobilium Comitumq; cohors, magniq; Barones:
Et cum Franciſca diſceſſit Sponſus, & altum
Lætus adit thalamum, niueis quem Sponſa lacertis
Amplexuq; fouens molli; dant membra quieti.
Interea obſeruat vigilum cuſtodia muros:
Defendunt Comitis vicos & mœnia circum
Armati vigiles, ferris tutricibus adſunt,
Et mecum inſomnem traducunt vndiq; noctem. Poëta cum vigilibus peruigil & p. nox fuit.

LIBER QVARTVS DE NVPTIIS ZOLLERIANIS.

Nox vbi discessit, cœlo fugientibus vmbris,
Incipit expectata dies splendescere martis,
Paulatimq; suum linquens aurora cubile,
Produxit claro lucem temone serenam.
In media tubicen statuit se plurimus aulâ,
Vigintiq; tubas magnis spiratibus inflat:
Applauduntq; suo concentu & carmine Sponsis.

Tubicinum cantilena.

Eia age (quisq; canit) Iosephe Iosephe recurre,
Infantemq; iuua cunis motare iacentem:
Eia age (quisq; canit) Iosephe Iosephe recurre,
Atq; iuua cunis puerum motare tenellum.

Sic tandem imponunt longo spiramine finem,
Exhilarantq; suis totam concentibus aulam.

Accubitus ad mẽsas & tabulas Comitis à Zollern.

Conueniunt omnes ad prandia ritè vocati
Nobilium proceres, Comites, celsiq; Barones,
Et Francisca simul cum fœmineo comitatu:
Ornati accedunt preciosis vestibus omnes,
Ad mensam Domini veniunt, mistæq; maritæ
Coniugibus sellas conchæ sidonide tinctas
Obsidunt, longæ in regali in limine mensæ.

Ordo & locatio sessionum.

Occupat inprimis cum Sponsa Sponsus honestum
Supremumq; locum: lateri sibi proximus hæret
Fridricus socer, atq; illi de parte sinistra
Carolus à Zollern: illic Rhenensis Adolphus
Hîc Comes Ottho sedet: pater hinc Fridericus Itellus,
Legatique omnes sederunt ritè locati.

Sed quis iam posset meritis comprendere verbis
Tot missus, tot fercla dapum, tot frixa, tot assa?
Quis quæsitorum pelago terraq; ciborum

Deli-

Delicias memoret? tam lautæ prandia mensæ
Quis satis enumeret numeris dicenda latinis?
Quis fartum atrocreas? quis pictum lance minutal?
Aut dulce isitium: totq; itria; sacchare tecta?
Mox iterum resonant tacti neruiq; lyræq;, Musica canora & lepida.
Tibiaq;, & cantus animi felicia læti
Argumenta sonant: porrectæ & plurima frontis
Gaudia, vbiq; sacri pæanes, vbiq; corollæ: Hilaritas cōmunis omniū hospitum nuptialium.
Fronde coronatum longo stat in ordine vinum.
Hîc bini binis madidum cratera propinant,
Parte alia terni ternis æqualibus æqui
Pocula dant: & vota Deo solennia libant,
Vt Sponso Sponsæq; simul det plurima vitæ
Commoda, longæuæ det vtraq; à stirpe nepotes.

Postea turba choros diuisit Musica binos,
Inq; duas partes se scindit vtrinq; canendo.
Hîc suaues iterat cantus resonabilis Echo, Echo Nuptialis.
Non aliter, quàm si respondent omnia syluæ:
Nam quales illi sinuosa per atria fingunt,
Tales mox alij resonant sub tegmine cantus.
Tnnc ego germanos conscripsi ex tempore rhythmos,
Præsentesq; modos cecini reparabilis Echus,
Marcus eam longè maiori Bollius arte
In Simaringensi componet Musicus aula.

ECHO EXTEMPORANEA vorm Tag Francisci, den 3. Octobris gemacht worden/auff der Melody/ Vitam quæ faciunt beatiorem, oder/ Dancket dem Herren/ dañ er ist sehr freundlich/ &c.

Echo

Echo wie heist Göttin im Thale? Hale.
Lieber wem kanstu widerschallen? Allen.
Waß wünschstu dañ dem iungen Herren? Ehren.
Wie ich wünsch auch für meinen theile? Heile.
Daß ihr gnad wölle lang frisch leben? Eben.
Vnd wir jhn könden allzeit loben / Oben.
Sein Franciscam wöll offtmals lieben / Neben.
Auff morgen Francisci Tag vmbfangen / Fangen.
Damit sie sein gschlecht möchte mehren / Ehren.
Vnd ihm vil Herren da erwerben: Erben.
Gott wöll segnen sein stam vnd Namen / Amen.
Vnd schützen / schürmen vor vnfalle: Alle.
Biß wir auch entlich alle werden: Erden /
Durch Christum aufferstehen zum leben: Eben /
Vnd selig werden durch sein Namen / Amen.
Wer daß begert / der sprech zusamen: Amen.

Echo, quid Frischlinica gaudes, Audes?
Cum Sponso colloqui præsenter, Enter.
Ioannis cui Georgi nomen, Omen.
A Zollern Dominus syncerus, Herus.
Deus velit Sponsis fauere, Verè.
Et dare illis, quod optant sibi, Ibi.
Vtq; illis semper adsit vita, Ita.
Sit Italfridericus sospes, Hospes.
Nos natos patiatur caula: Aula,
Et voti sit mei piamen, Amen.

Talia cantabant genialia metra per Echo
Musici: & Italicis tantùm resonantia verbis,
Gallorum celeres fundebant gutture voces:
His ita præteritis: monstrum mirabile visu
Ingreditur, facies ceu cerea tota refulget,

Spectaculum mirabilis monstri.

Impo-

Impositumq́; gerit fuluæ diadema coronæ;
Deinde comas passas infert, tergoq́; fluentes,
Iustitiæ formam quod præsentauit, & ensem
Cum libra in manibus prætensa lance ferebat:
Corpore purpuream tunicam succincta venusto,
Diua gerit, gracili sub pectore vincula nodans,
Et ceu virgo decens vultu succendit amœno,
Insignis facie, manibusque ornata rotundis:
Quattuor æra tubæ festiua per atria clangunt
Ante ipsam, sequitur species formata gradatim,
Et circum tabulam Sponsi Sponsæq́; sedentum
Ambulat, inflexo semper se poplite curuans:
Obstupuêre omnes gressum, motumq́; tuentur,
Atq; admirantur motantem corpore formam:
Artificis deducta manu comitatur, & ibat
Corpore surrecto: Augusta venit ab vrbe
Vindelyca: hîc cunctas rapit admiratio mentes.
Tandem curuatis genibus longa atria liquit,
Subsequor artificem, penitus spectacula scrutor:
Inspicio: puerumq́; dolo deprendo latentem
Corpore sub ficto, formataq́; membra mouentem:
Tum circumstantes fraudem ridemus apertam,
Egresso hoc monstro: tum Musica turba canoros
Edidit ore sonos, celeres canit illa choreas,
Atq; instrumenti neruos concentibus aptant:
Et lepida cum voce pedes animosq́; ciebant,
Lætaq́; concentu Dominorum pectora mulcent.
Nox ruit interea, & montes vmbrantur opaci,
Pristinus ingreditur sacrata veste sacerdos,
Et fusis precibus, Christo pro munere grates
Dixit: & è medio curuato poplite cessit,

Ornatus & amictus mōstrosi spectaculi.

Artifex hui9 mōstri & spectaculi fuit ciuis Augustanus Vindelycus.

Musica instrumētalis & vocalis mixta lepidiss.

Tum ſurgunt omnes tabulis, menſisq; remotis,
Sertorum & corollarum diſtributio.
Vt poſſint molles iterum exercere choreas,
Sertis ornati: quæ Franciſcæ ſoror Anna
Germana hoſpitibus diuinâ nexerat arte
Ipſa ſuis manibus, fuluo diſcreta metallo,
Orbiculisq; ornata ſuis, gemmisq; decoris,
Hanc opere adiuuit Rhenenſis filia Othonis,
Iulia, quæ pulcram dedit ordine cuiq; coronam.
Tunc iterum fremitu reſonant inflata canoro
Æra tubæ: lituis paſſim clangentibus altis.
Tum Sponſã adducunt Sponſo, quem ponè ſequuntur
Præceduntq; duo, manibus qui lumina geſtant:
Quorum alij Comitis veſtigia nota ſequuntur,
Imparibusq; modis omnes ſocia agmina iungunt.
Iamq; vbi conſiſtunt, curſus inhibentq; volantes,
Quatuor ingreſſi lituis clangentibus adſtant
Aulai in medium, cœtumq; gregantur in vnum:
Proclamatio ad curſum orbiculi penſilis.
Subſequitur quidam viridi velatus amictu,
Tanquam venator medium proceſſit in agmen,
Qui Veneris puerum ſinuoſa per atria duxit,
Aurato captum freno, vinctumq; cathena;
Præcoq; ſubſequitur, quem ritè caduceus ornat,
Veſte itidem viridi, tabulam manus altera geſtat,
Quam ſertum viridans, & ſcripta ſtatuta notârunt:
Illuſtres virtute viri, celſiq; dynaſtæ,
Et magni validâ cum nobilitate Barones,
Macti animis omnes: vbi primùm craſtina cœlo
Lux aderit, galeis ſe quisq; micantibus armet,
Et meritum pulcræ expectet virtutis honorem:
Nunc igitur, quiſquis peregrinum ſumat amictum:
Et cras appenſum ſudibus decurrat ad orbem:

Nam

Nam quis equûm cursu valet, & qui viribus audet,
Aut hasta incedit melior, longaq; sarissa,
Ornatuq; suo reliquos superabit equestres:
Ille expectabit speratæ præmia palmæ:
Dixerat: & laruâ viridi media atria liquit.
Ad lætas redeunt Comitesq; ducesq; choreas,
Exercentq; pedes, subtusq; superq; leuando:
Quattuor his tædas de nobilitate ministri
Anteferunt, totidemq; à tergo ponè sequuntur:
Egredior tandem, Comitis cœnacula linquens,
Inq; forum venio, visurus prandia seruis
Apposita: & cœnam sapido nidore paratam:
Alme Deus: quanto fremitu, quantoq; tumultu,
Et quàm regali splendebant omnia sumtu?
Hîc nihil immunda videas à sorde profectum,
Hîc offæ, hîc pisces, hîc mistis brassica pernis,
Hîc frixa, hîc verubus vitulina trementibus assa,
Hîc populo & reliquis præbentur ciuibus escæ,
Quiq; peregrinis equites regionibus adsunt.
Namq; pauimento sunt inferiore paratæ
Septenæ decies mensæ, tabulæq; ministris
Viginti in summa, longo stant ordine: mensæ
Omnes Alsatico potantur vbiq; Lyæo:
Vidi etenim, liquido manantia pocula Baccho
Fundere pincernas, quantum quicunq; volebat:
Carolus hospes erat Sunaringa ciuis ab vrbe,
Vir bonus: is posuit mensis genialibus escas,
Haud populo ingratas peregrino: vina minister
Largiter infundit, vacuataq; pocula adimplet:
Hinc procul amotas vidisses pectore curas,
Audisses sensim lætarum murmura vocum:

Choreæ & saltationes postcœnâ.

Largitas & liberalitas Comitis à Zollern.

Tunc animi læti ſurgunt, tunc brachia tollunt,
Iubila voce canunt, memores non imbris & auſtri,

Hilaritas equiſonum & equitũ, famulorũq́; õniũ.

Explicat vdus eques contractæ ſeria frontis,
Exultant madidi fratres, ſalit vnctus equiſo:
Hîc alius pugnas, & duri prælia Martis,
Vulnera tunc alius cum ſigno monſtrat aperto:
Hungaricas alius prædas enarrat opimas:
Hinc alius tollit plenam ſpumante Lyæo
Ingentem pateram, cœtum pro more ſalutans:
Circumferre iubet, quam protinus impiger haurit,
Atq; ſuperfuſam ſocio mox ebibit ille,
Et ſubitò exiccat ſpumantia vina liquore,
Vicino fratri ſolito de more propinans,

Triginta vehas vinorum exhauſta fuerunt in nuptiis Zollerianis.

Donec ita triginta vehas haurire iuuarent:
Namq; duodenas exhauſit curia tantùm.
Vidiſſes claudos, ex debilitate recuruos,
Hîc iterum ſaluos, ſalientes, tripudiantes:
Hîc quoq; vidiſſes erecti pauperis alta
Cornua: & antiquæ iucunda obliuia curæ,

Vina parant animos, tunc pauper cornua ſumit, &c.

Mœſtitiam pellente mero: vidi ipſe, frementes
Lætitia plauſuq́; viros, per limina circum
Saltare, & magnos clamore excire tumultus:
Ceu quandoq; ſolet mulier, vel aquaticus anſer,
Balnea dum repetit, corpusq́; in flumine mergit,

Pro beneficiis debemus Deo & hominibus gratias agere.

Hîc tamen audiui meritas ex pectore grates
Soluere nonnullos, & vota precantia ſummo
Ferre Deo: Sponſoq́; ſimul, dominoq́; parenti
Italfridrico, quorum ſe gratia tollit:
Quod mihi complacuit, grata ſi mente virum quem
Conſpexi, immemorem benefacti haud illius vnquam.
Tandem diſcedens ſolitum conclaue petiui,

Vt lucubrando tibi ſingula quæq; notarem:
Centenos aliquot conſcripſi ex tempore rhythmos:
Quos deinde hoſpitibus per prandia manè relegi,
Exhilarans menſas germanis verſibus omnes.
Tranquillo interea lucebant ſidera cœlo, Deſcriptio noctis.
Vibraturq; vndis cœli ſtellantis imago.
Omnia cùm repetunt ſyluis animalia ſomnos:
Præ foribus vigiles, & crebrior excubat ignis:
Quem circum pueri toto ſtant tempore noctis,
Expectantq; diem, referat quem Lucifer ortum.
At reliqui ſtertunt: temulenti inſomnia ducunt.

LIBER QVINTVS DE NVPTIIS ZOLLERIANIS.

Poſtera Mercurij manè ſurgebat ab axe
Orta dies: pluuioſa ſatis cum nubibus orta Quare nemo ad orbem appenſum contenderit die Mercurij, vt pclamatum erat.
Imbriferis: ideo nemo currebat ad orbem,
Nondum ſuſpenſum, ſolito nec more paratum,
Vt fuit heſterna prædictum nocte dynaſtis,
Armorum ſocijs, præconis voce diſerti:
Quàm primùm medium ſol craſtinus obtinet orbem,
Carceribus mittemus equos, & ludicra circo
Prælia miſcentes, fictis pugnabimus armis:
Ergo domi retinet Dominos pluuioſus Orion:
Cuncti igitur læti, menſis genialibus eſcas
Appoſitas capiunt, cum Sponſo prandia ſumunt,
Splendida magnifico luxu, mãgnoque paratu:
Omnia feſtiuis renidebant fercula menſis.
Iam clangore domus Comitis, iam regia mugit, Muſica nuptialis
Cum ſonitu acceptos longè auia compita frangunt,

Multiplicantque ſonos, apto ſtant ordine circùm
Cantores Comitis, reſonant reſonabilis echûs
Carmina, cum lepido tandem reſonantia plauſu,
Vt ſuprà memini, repetunt concentibus aptos
Harmonicos cantus, mulcebant pectora & aures
Muſarum varijs modulis, & vocibus aptis,
Quas huc Orlandus Boijs Fernandus ab oris
Attulit, & carmen commiſcuit vtile dulci:
Hinc totam Comitis compleuit cantibus aulam.
Interea important oculorum paſcua ſerui,

Cibi aſpectabiles & oculorum paſcua.

Expreſſis formata fauis, cretâq; tenaci,
Et reſina molli, viuoq; ornata colore:
Illic cernere erat varijs cum frondibus hortus,
Et ceruis, apriſq;, canumq; indagine cinctus:
Hîc videas frutices, totamq; apponere ſyluam,
Quâ diſcurrebant lepores, vulpeſq;, lupiq;,

Generoſa Domina, D. Catharina Comitiſſa in Haigerloch, relicta vidua Comitis Chriſtophori à Zollern.

Et varij generis miroq; animalcula vultu:
Inde mihi totam rapit admiratio mentem,
Omnia dum video, dum paſcua ſingula luſtro.
Hac etiam vidi Catharinam luce decoram,
Heigerlochenſem Comitiſſam (pone ſequuntur
Filioli matrem duo, candida pectora fratres:)
Ad feſtum redijſſe ſacrum cum veſte lugubri:
Nam pallam nigram peplo velata gerebat
Mœſta, pauimentum longo verrebat amictu
Illuſtris coniux, pietatis idonea cultrix,
Relligioſa nurus, formoſo fœmina vultu:
Cuius Chriſtophorus dilectus amore maritus,
Nuper erat fato (dolor heu) defunctus acerbo:
Hæc Vvelſpergenſi de ſede creata paternâ,
Quæ procul antiquâ iacet haud ditione Tyrolis:

Eſt

Est sanè egregium decus exemplumq; pudoris
Fœminei, Catharina Comes, pulcherrima mater
Haigerlochorum Comitum, Comitumq; Veringûm,
Et Simaringorum, veteri de stirpe satorum
Zollerià: se qui iactant de stemmate eodem
Progenitos, nostro cum Sponso, ætatibus ambo
Florent, addicti studijs ignobilis oti:
Alter Christophorus patrio de nomine dictus, Christophorus iunior in Heigerloch.
Carolus est ætate minor, qui nomen auitum Carols à Zollern frater ipsius.
Obtinet: & patrium nomen virtutibus olim
Æquabit paribus: cœptis Deus annuat æquis:
Hi Comites cum matre pia genialibus escis
Vescuntur læti, simul optataq; fruuntur
Omnes sede sua: plaudunt, & gaudia nectunt,
Donec erat sedata fames, sitis alta leuata,
Et surrexissent, superis de more litatis:
Hinc exercitijs tribuebant tempus honestis. Exercitiũ & agitatio equorum.
Nam sese dedunt equitum pars magna palæstræ,
Exercentq; suis sua corpora quisq; caballis,
Seq; probant certis contingere cursibus orbem,
Et tentant facere hîc aliquod de more periclum:
Spectatum huc veniunt multi, spectentur vt ipsi,
Hinc alij exibant, fulua spaciantur arena,
Donec vel tandem serus ruit hesperus altis
Montibus, atq; diem componit in ordine festum.
Tunc iterum Comitis cœnacula lauta reuisunt,
Ad cœnam properant, luxu sumtuq; paratam,
Exatiantq; famem læti, frontesq; serenant,
Et dape se recreant, & vino corpora curant,
Instaurantq; animos, curas de corde repellunt.
Hic iterum vidi monstrum mirabile visu,

In-

Monstrum alia forma, & specie charitatis apparens.

Ingressum circum mensas spaciarier amplas:
Aulai in medio, quædam mulieris imago,
Instar Iustitiæ primùm, nunc instar Amoris
Ingressa, ex cera facies compacta tenace,
Attulit infantes vlnis complexa gemellos,
De cera factos, charum se finxit Amorem,
Infantes referunt viuorum corpore formam:
Vidi etenim, fibras & crura mouere puellos:
Nam puer occultè latitans vtrosque mouebat,
Ferrea cùm traheret sibi fila recondita dextrâ:
Res miranda fuit spectantibus inter edendum,
Dum surrexissent: ductabant deinde choreas:
Interea species mulieris obambulat aula
In media, & pueros claris gestabat in vlnis:

Choreæ & saltationes.

Tandem discedens vacuas disparet in auras,
Nocturnis choreis indulget cætera pubes,
Festiuum iunctis manibus glomerantur in orbem,
Donec vel tandem nox incubat atra tenebris,
Suadebantque graues nutantia sydera somnos:
Discedunt Comites, & corpora fessa recondunt
Coniuge quisque sua, molli dant membra quieti:
Vt possint summa de luce resurgere, quando
Iuppiter ardenti lustrârit lampade terram:

Custodia nocturna vigilum.

Crastina lux etenim Iouis vndique plena refulsit.
Interea custos fidissimus vndique seruans
Mœnia, festiuam vigilanter obambulat arcem,
Obseditque fores; ærato inclusus amictu
Excubias agit, & quoties sonus editus horæ,
Exclamans toties, numerum de more recenset.

LIBER SEXTVS DE NVPTIIS ZOLLERIANIS.

VT primùm lux alma data eſt, pulſiſq; tenebris,
Clara laboriferos cœlo Trithonia currus
Extulit, & dictæ ſubeunt momenta diei:
Protinus huc omnes lituis clangentibus ibant
Ad Comitis menſas, epulis dapibusq; paratis,
Lætaq; cum Sponſo genialia prandia ſumunt:
Mox vbi demta fames epulis, dulciq; Lyæo
Veſana eſt extincta ſitis, grateſq; peractæ:
Tum ſubitò exurgunt omnes, menſaſq; relinquunt,
Et varios ſumunt habitus, atq; ora rotundis
Oſcillis tecti, decorant ſplendore veredos,
Loricasq; ſuis humeris, ſimul artubus aptant,
Et galeæ criſtas imponunt: ſerta coronant.
Eſt locus Hechingæ quàm viciniſſimus vrbi:
Cis ripam poſitus, geminæ quem ritè columnæ
Deſignant, glauco velatæ vtrinq; colore,
Sunt ſuper impoſitæ ſtatuæ duo ſigna ferentes,
Altera Zollerium ſignum, Sponſæ altera ſignum,
Rhenigenûm Comitum, criſtis ſtat quæq; ſuperbis.

Prandium nuptiale Comitis à Zollern die Iouis appoſitum.

Deſcriptio loci circenſis.

Ergo vbi iam mediæ ſunt tempora lapſa diei:
Bellatrix ſpectata cohors, auidumq; videndi
Vulgus, & armorum quibus eſt incognitus horror,
In circum ſubeunt, & aperti gramina campi,
Ordine circumſtant pueri, matreſq;, nuruſq;,
Inualidiq; ſenes, ſpectatum quiſq; paratus,
Circus erat lati lati medijs in vallibus agri,
Planicie inſignis, fuluâ conſperſus arenâ,
Et ſcrupis tectus, criſpanti ex abiete pactus

Circi deſcriptio.

Carcer erat, limes cursoribus, vnde reuerti
Scirent, & longos ibi circumflectere cursus.
Ille locus caueæ tabulis, atq; assere circum
Septus erat, rubro picta omnia ligna colore.

Gynæceiũ nuptiale.

Ergò decem veniunt, varia spectante caterua,
Plaustra, gynæcæum ducentia pulcra superbum:
Huc etenim matres multæ; innuptæq́; puellæ
Spectatum veniunt, veniunt, spectentur vt ipsæ,
Æripedes vario cultu, phalerisq́;, lupisq́;,
Et caudis etiam nexis, & fronte micabant.

Sponsæ aduent⁹ in currupomposo & incuruato.

Ipsa quoq; huc rutilis coniux adducta quadrigis,
Aurato in curru, tam pulcri caussa paratus,
Francisca aduenit, magno circundata cœtu
Virgineo, glorumq́; choro, matrumq́; cohorte.
Hic cupida exertant bipatentibus ora fenestris,
Quas Comes in magnis instruxerat antè theatris.

Domuncula, in qua pocula & vasa argentea erãt, cursorum honoraria & præmia.

Parua domus medio caueæ stetit assere tecta,
Ex lignis tignata suis, casa vilis: at intus
Pocula splendebant, fuluo preciosa metallo,
Munera currentum iam dona futura virorum,
Qui melior cursu, vel qui velocior orbem
Abriperet, vel qui ornatu preciosior iret.

Iudices & arbitri currentium ad orbiculum.

Huc igitur veniunt censores, mente benigni,
Caussidiciq́; boni, leges & iura tenentes,
Emeritis condigna ferant qui præmia palmis:
Iam tuba lætisono crepitans sonat ærea cantu,
Quattuor inflabant magna instrumenta tubarum,
Tum duo per circum coniunctis passibus errant,

Patronorum ingressus.

Cura quibus campo circunductare celetes,
Inq; sua statione viros, atq; arma locare.

Mel-

Melchior vnus erat de Delſperg, nobilis ortu,
Quem Sigelmannum veteri cognomine dicunt.
Alter Rigſlebius Fridericus: & alter Huberus:
Et Roſenbacchæ melioris ſtirpis Adamus.
Hi tres fortè duces ludi, volucrumq; patroni
Curſorum, ſimili redimiti corpora veſte:
Criſtarumq; pari cultu ſplendore ſuperbi:
Tum venit in caueam laruato muſica vultu,
Præcedit magnos equites, equitumq; magiſtros,
Iam viridi cantor lumbos ſuccinctus amictu:
Et fide conſpicuus varios ciet ore ſonores,
Et plectro indulget, neruiſq; huic tibia cantus
Dat biſores: alius caua cornua flatibus implet.
Ille alternanti percurrit pollice chordas.
Marchio ſubſequitur Fridericus ponè Georgus,
Certaturus equo, penſum flexurus ad orbem
Palliolum viride, ex auri ſubtegmine fului
Contextum: phaleræ virides totuſq; vireſcit
Marchio, cum reliquis ſocijs comitantibus ipſum,
Non aliter, quàm ſi Fauni Satyriq; vireſcunt,
Et quoq; ſyluani, redeunt vbi tempora Maij:
Sic chorus incedit viridis, ſertiſq; comiſq;:
Hos inter virides ſimili laruatus amictu
Nobilis inceſſit, Ioannes nempè Iacobus,
Schommenſteinenſi veteri de ſede vocatus, Ioan. Iacobus de veteri Schömenſtein dictꝰ, cognomine Nagel.
Nagelius, magna vir ſtrenuitate paratus,
Quattuor antierant equites clangore tubarum,
A quibus impendent viridantia vela ſagittis
Tranſuerſis, reſonant ſonitu lituiq;, tubæq;:
Tum venit Actæon canibus venator, & haſta Actæon venator ex Ouid. Meta. lib: 3 fab: 4.
Armatus, greſſumq; canes comitantur herilem.

Protendens niueum puer inde cupidinis arcum
Apollo cum puero Cupidine. Subſequitur, puerum phaleratus Apollo ſagittis
Ponè inuectus equo: ducit generoſa Georgus
Agmina Fridricus, Badanæ Marhio terræ,
Rappolſteinæo Domino comitatus ouanti,
II. ingreſſus Dom. Caroli à Zollern. Nobilibusq; viris multis: hos ponè ſequuntur
Sex habitu viridi, ſtrati phalerisq; caballi:
Ornati egregijs frenis, criſtisq; ſuperbis.
Hos ſuper adueniunt Geticis capita alta tiaris
Velati: & ſæuo ſimulati nomine Turci,
Terrifici, ingentes animos: chlamys horrida tergo
Dependet, variusq; ornat color ora virorum,
Cornipedumq;, lupi, phaleræq;, & ephippia candent,
Ipſi ferratos, & acuta cuſpide contos
Protendunt longè: ſonitum dant buccinæ acutum,
Hungaricis tecti petaſis, redimicula tergo
Dependent breuia: & flauis ſunt cœrula quædam,
Albaq; puniceis fulgent, petaſusq; capillos
Diſcolor obnubit, vario velantur amictu.
Carolus à Zollern ſocios præſentat ouantes:
Tres etenim paribus fulgentes cinctibus, antè
Cantores lituiq; ſonant, atq, vtre canoro;
Vtre, Polonorum quales gens flatibus implet,
Curſores valdè naſuti & ridiculi. Agreſti, quoties carmen modulatur auena.
Tum duo Naſuti prælongis naribus adſunt,
Dentibus infrendent emiſſis, ore recuruo,
Ridiculi, mirâ ſpecie: formaq; tremendi
Ambo viri, riſum præbent ſpectantibus amplum.
Tum fuit ingreſſus regali ſplendidus ore,
Et vultu atq, habitu, Zagarollæ ſtirpis Itellus
Fridricus ſenior, capiti impoſuitq; coronam,

Et

Et regis diadema noui; ſub vertice criſta
Diſcolor albenti nigroq́; colore nitebat;
Totus equus, ſeſſorq́; Comes candente nigroq́;
Verſicolor, vario veluti gallina colore:
Talis erat forma ſenior Fridericus Itellus,
Cum ſocijs; veluti variatam pingitur aluum
Vel draco, vel ſerpens: tales retulêre colores,
Lancea candentes, nigros dabat haſta, colores
Zollerij ſigni: quod nigrum pingit & album;
Tota cohors Comitis ſic diſcolor vndiq; fulget,
Non modò nempè viri: ſimili ſed veſte caballi
Lucebant, notulis nigris, maculisq́; ſubalbis;
Poſt patrem ſequitur Sponſus, gnatusq́; Georgus
Totus erat Ianus rubro veſtitus amictu,
Cum ſocijs reliquis, Sponſum comitantibus ipſum,
Quattuor antibant inflantes æra tubarum,
Monſtrant Zollerium volitantia vela colorem,
Auratos ceruos geminos, duo ſceptra, moloſſum
Deſuper, & clypeos ternos, galeasq́; patentes:
Poſt hos armigeri veniunt, haſtata iuuentus,
Torquibus inſignes pueri, terniq́; ſequuntur,
Ex humeris quos palla breuis veſtibat ouantes:
Hos ruber immiſtus color atq; interplicat aurum:
Ignea tota cohors fulget, quoq; ſanguinis inſtar
Tota rubet, varijs Proceſſio pulcra figuris:
Namq; duces ludi rubeo ſplendore rubeſcunt,
Criſtarumq́; pari cultu, phalerisq́;, lupisq́;
Æripedum, & caudis, & picta fronde patroni:
Omnes ſeſſores rubeus velabat amictus,
Atq; ita ſanguineo Sponſum mirantur amictu,
Imprimis rutilis Franciſca aduecta quadrigis

IV. Ingreſſus Iohānis Georgij Comitis à Zollern &c Dom. Sponſi.

Ridet, tam pulcri pulcerrima caussa paratus:
Interea in circo Sponsus clypeatus, & auro
Squameus it circum, cristâ, galeâq; decorus,
Textilibus formata modis latus ense corusco
Armatum: qualis celso æthere fulget Orion;
Equi pomposi descriptio. Stat sonipes habitu regali, & crine superbus
Auricomo: & formæ sibi conscius, erigit armos
Altius, attollitq; iubas, gressusq; recuruat;
Fronte micant cristæ, & vario cum flore virentes
Exornant tergum, preciosa purpura pendens,
Oscillis omnes laruati, & tegmine tecti.
Hunc ponè insequitur Frobenius impiger armis,
Frobenius Comes ab Helffenstein. Helffensteinensis Comes inclytus, agmina ducens;
Omnia Zollerio Sponso, vestemq;, nitoremq;,
Et cristas similis, reliquisq; per omnia compar;
Præterquàm quòd Sponsus ouans diadema gerebat
Impositum, regale decus, de more paterno,
Concolor exæquat variantia vestis equorum
Terga: nec erecta similes in vertice cristæ
Deficiunt, pictoq; armi velantur amictu,
Miranda specie: rubeaq; in veste sequuntur,
Ludentes varios sinuoso corpore gestus.
Insequitur noua forma gregis, sed in ordine quinti:
Nam Comes ingressus, Fridericus nomine dictus,
Rhenigenûm Dominus, Vvildorum stemmate clarus,
Qui Sponsæ pater est, Musis stipatus amœnis,
Quattuor aduenient lituis clangentibus, ibant
Oscillis tecti, modulantur arundine carmen,
Turcarum vario quiuis velamine cinctus,
Ipse autem Fridericus adest ceu signifer, alis
Expansis; gemino, nigroq;, alboq; colore;

Sed

Sed chlamys illius pendet talaris ad imos
Vsq; pedes viridis, tanquam mulieris imago.
Hîc Comes apparet collo circundatus albo,
Illustris, varijs sunt ornamenta corollis,
Concolor exornat cursorum vestis equorum,
Sessori similis, parili velantur amictu,
Puniceæq; rubent ocreæ: calcaria candent:
Rhenigenûm dominum iuxta duo scorta sequuntur,
Ambo mouerunt magnum spectacula risum.
Nam duo finxerunt speciem, formamq; puellæ,
Vestibus induti pueri, seruiq; ministri,
Seq; meretrices simulârunt vestibus ambo,
Cruribus inuersis, varicatis, quisq; caballo
Insidet: in medium venerunt protinus agmen,
Qui niueis ocreis, nullis calcaribus vsi:
Ingrediuntur equis, risum spectantibus amplum
Exhibuêre viris, mulieribus, atq; puellis,
Sedit enim vultu meretrix ita quæq; seuero,
Nullius quasi sons sceleris: sed criminis expers
Esset, & haud puram turbasset fluminis vndam;
Quælibet ingentem pateram gestabat opertam,
Et quasi repletam vino: fomenta malorum,
Ebrietatis opus, certissima symbola: quodq;
Blasphemos reddit, temulentos, & quoq; mœchos,
Insanosq; viros, homicidas, & furiosos:
Ista meretrices pateris voluêre repletis
Commonstrare suis, per dulcia vina, venena:
Tu fugias igitur, qui sobrius esse laboras,
Ebrietatis opus: scelerum caussamq; facemq;
Musica subsequitur cantu, lituisq; canoris,
Tota cohors rubeis in vestibus ibat amicta,

Duo vncti equisones in habitu muliebri, finxerunt se esse meretrices esse, sederunt in equis suis, diuaricatis cruribus sicut mares solent

Mores & gestus meretricum.

Ebrietatis fructus & euentus.

Morale.

Quemq; ſuus petaſus cantantem pileus ornat,
Criſta micans, albo paulum rubicunda colore.
Sanè regifico ſplendebant omnia luxu.
Deinde chorus ſextus medium proceſſit in agmen:
Tres etenim veniunt equites cum voce tubarum,
Et lituos quoſuis magnis ſpiratibus inflant,
Quos duo concomitantur equis de more patroni,
Alter Chtiſtophorus veteri de ſtirpe Veninga
Nobilis: & magnæ virtutis ſtrenuus heros.
Tum fuit ingreſſum monſtrum mirabile viſu:
Nam delphinus erat panno confectus, & ingens
Corpore diſtento fabricatus, magnus & amplus:
Fronte ſedet Siren, lepidiſſima carmina fundens,
Auricomas ſinit illa comas diffundere ventos,
A facie formoſa ſatis: crurum tenus illa
Oſtendit corpus, caudam ſinuoſa retorquens,
Deſinit in piſcem: puero ductore tenello,
Procedit magni delphini machina piſcis:
In medio cuius plaudebant ventre canentes
Muſici: & harmonicum reſonabant carmine cantum:
Et lepidum carmen, quo læſi in amore fuiſſent,
Ac nimium ſerò ſaperent, poſt damna recepta:
Sirenum pueri voces imitantur amœnas,
Murmure ſuppreſſis alij pulmonibus vrſos:
Non aliter, quàm ſi ſummis delphinus in vndis,
Vel ſubter terram procederet vſq; profundam.
Sanè opus egregium fuit, admirabile monſtrum.
Addit ſe ſocium, faciemq; & membra peruſtus
De cæcâ Venere, illius cæcoq; puello,
Æthiopum ductor, dentes modò candidus ille,
Et veſtes albus: nam cætera membra nigreſcunt,

Sextus chorus & ingreſſ⁹ Comitis Iacobi, Comitiſà Gerolzeck, &c.

Delphinus cum Sirene.

Carmen amatorum eſt: Venus, du vnnd dein kind/ ſind alle beede blind/ daß hab ich wol erfahren/ in meinen jungen jahren.

Æthiopis deſcriptio.

Del.

Delphinum sequitur: baculum fuligine nigrum
In dextrâ gerit ille manu, funemq; sinistra
Fumantem, quò fortè citos incenderet ignes,
Quem duo squamigeri, squamosi piscis ad instar,
Concomitantur equi, flauentes corpora veste
Et patroni ipsi, patronorumq; caballi,
Cæruleum croceo mixtum gessêre colorem,
Nam capita & caudas color hic velabat equinas,
In manibus fustes gestabant versicolores:
Et croceos, rubrosq; simul, niueosq; cothurnos
Imis in pedibus monstrant: & ephippia candent.
Quilibet induerat clypei præsigne decorum,
Quilibet auratum lateriq; annexuit ensem:
Hos alij duo prælustri cum veste sequuntur,
Quos color ornabat croceus, mixtusq; rubore:
Crista rubens vario stat vertice flaua supino,
Omnes cæruleam delphini ab imagine caudam
Squamosi, tales imitantur ritè colores:
Ostendunt ocreas rubras, calcaribus aureis,
Quilibet in collo preciosa monilia gestat,
Et varios celebri mirandos arte colores,
Qui procul offendunt oculos, visumq; retractant.
Septimus ingreditur processus & ille coruscus,
Splendidus, illustris, rapit admiratio mentes.
Quattuor incedunt lituisq; tubisq; sonantes,
Gestantes petasos, mitras tergoq; fluenteis,
Ire comas passas flauenti crine sinebant,
Venit ita in caueam, laruato Musica vultu,
Præcedit magnos equites: equitumq; magistros.
Nam rubeo cantor lumbos succinctus amictu,
Hic fide conspicuus varios ciet ore sonores,

Equites squamigeri vel squamosi, piscis ad instar Delphinum sequuntur.

Ornamenta varia & preciosa.

Septimus ingressus & chorus in circum & carceres.

Musica.

Hic plectro indulget, neruis huic tibia cantus
Descriptio Mercurij. Dat bifores: alius caua cornua flatibus implet,
Pinnatasq; ferens plantas Atlantius Hermes,
Palladijs sequitur armis indutus, & ære
Squameus hærescens, suris ocreatus, & aures
Prælongas flaccasq; tenent, humerisq; volantes:
Auro intertextum rubro flauentia fuco
Suppara thoracem cingebant, nigraq; tergum
Pegasus, Equus admirabilis Mercurij. Exornabat equi, Mæandris purpura flauis,
Et frontem & caudam cristarum ornabat amictus,
Candidus it sonipes, varia mirabilis arte,
Saltandi choreas, præbens reuerenter honorem
Omnibus, inclinans sua crura, & poplite flexo
Se prosternit humi, canis instar in orbe iacentis,
Vt benè Mercurius tergo saltaret equino:
Atq; iterum in medium dorsi salit ille caballi,
Cruribus inuersis, varicatis: surgit in auras
Fortis equus, rapidoq; volans per inane meatu,
Concita vix summo vestigia puluere signat.
Exoritur plausus caueæ totius: & omnis
Admiratur equum populus, per inane volantem,
Mercurij caduceus. Mercurium mirantur item pernicibus alis,
Ambabus manibus geminos caduceus angues,
Quòd tenet, & secum volitat per tesqua, per arua,
Cursandoq; putres equitis iacit vngula glebas,
Ingentes glebas sursum per terga, per agros.
Obstupui miratus equum, per prata volantem
Mercurium, simili redimitum corpora veste,
Ornatus & habitus mirabilis aspectu. Cristarumq; pari cultu, phalerisq; lupisq;
Æripedum, & caudis, & picta fronte rubentes,
Omnes oscillis tecti; phrygiaq; thiarâ.

Omnes carbasia velati Cyclade corpus,
Stant gemmæ digitis: ſtant longa monilia collo,
Aure leucs baccæ, redimicula pectore pendent:
Et crocea immiſſa ſpirat coma flexilis aurá:
Hic etiam ſolem tergo oſtendebat: & alter
Lunam cum ſtellis nitidis, geſtabat vterq;
Palliolum pulcrum, ex auri ſubtegmine fului
Contextum, demiſſum humeris, vmbrata gerentes
Tempora parrhaſio Hermetis de more galero,
Arabiaſq; manu perpulcra inſignia virgas.
Ter circum caueam vectum læti æquoris agmen:
Oſtro eques, ac ſonipes oſtro, totamq; per auram
Purpura ſidoneis fucata nitebat ahenis,
Criſta ſuper frontem alipedis: pariliq; decoris — Equorum ornamenta.
Floricomæ in cauda fulgebat lamina criſtæ,
Et phaleræ rubeæ: & ſella tapete rubebat.
Paucis commemoro: quis enim tot mira colorum
Lumina, tot rerum facies diſcerneret vnus?
Tempore tamq; breui, ſpacijs incluſus iniquis.
Non Lynceus: non ipſe Argus, cognoſcere viſu
Omnia qui potuiſſet, erat, quantumlibet Argus
Centum luminibus cinctum caput vnus haberet.
Imminet octauus chorus & proceſſus, & ipſe — Octauus ingreſſus & chorus.
Aureus, illuſtris fuit admirandus vbiq;.
Tres equites nigri primum venêre caballis,
Ipſi etiam nigris veſtiti veſtibus ibant,
Torques pectoribus, demiſſa monilia collo
Dependent, nigro capitum velamine nigræ
Et croceæ fulgent mixto diſcrimine criſtæ,
Intextæ lucent nigro ſubtegmine braccæ,
It chlamys hæc circum nigranti vellere pulcra,

Inq́; ſuo manicas conſtringit fibula tergo:
Sic capita & caudas niger obfuſcabat equinas
Criſtarum ornatus, nigro cum flore iubarum.
Quattuor hos equites nigros comitantur ouantes
Cum lituis & voce tubæ, clangoribus altis:
Tres alij incedunt equites: it pectore ſummo
Flexilis obtorti per collum circulus auri;
Purpureis omnes ſagulis; criſtiſq; decori:
Quos ruber & croceus permiſcent ritè colores,
In manibus geſtant fuſtes, baculoſq́; biformes,
Aut nigro pictos tranſuerſo, alboq́; colore,
Zollerio Comiti talem fert quiſquis honorem.
Tum ſubitò apparent, auratis cominus armis,
Quattuor equites inauratis clypeis ſcutis & armaturis.
Incluſi auratis thoracibus, vndiq; criſtis
Ex auro obductis: oculos à ſole tuentum
Quæ lædunt: tanto ſplendore nitente coruſco,
Auratis lucent in equis, quos turba videntum
Omnis miratur: Tyrio nam purpura ſucco
Veſtit, & auratum Phrygia ſpectabile tela
Tegmen ineſt capiti: quali Cyllenius ore
Pingitur: & Graius Lædæa caſſide Pollux,
Aureus it torques humeros, & pectora circum,
Inq́, ſuo pendent bicolores vertice criſtæ,
Auricomæ caudæ ſimiles per terga fluentes.
Ergò omnes circi campum ſubiêre patentem.
Principiò loca ſorte legunt, ſignoq́; tubarum
Voce repente dato: ſpacia in ſua quiſq; recedit:
Iam ſtrident litui: percuſſaq́; tympana ferro
Dant ſonitum, ſimul ora lupo ſpumantia preſſi
Exhortantur equi: ſeq́; ad certamina firmant.
Primus curſus ad orbiculum.
Primus erat curſor Fridericus in orbe Georgus,

Mar-

Marchio Badanæ Dominus, fama inclyta terræ,
Per campum fertur, rapido volat ocyor Euro,
Et medium rapit orbiculum: quem deinde ſequuti
Patroni duo, Fridrici veſtigia ſeruant.
Palliolum viride, ex auri ſubtegmine fului
Contextum, ſequitur dominum, per prata volantem.
Hunc duo Naſuti prælongis naribus, ambo
Dentibus horrendi per florida rura ſequuntur, Secundus curſus
Ridiculi ſanè curſores, naribus aſpri. Naſutorum.
Quos ſpectatores exertis dentibus omni
Curriculo rident, tantæ ſpectacula pompæ.
Corripit hinc ſpacium titulis generoſus auitis, Tertius curſus.
Italfridricus ſenior felicibus orſis,
Ocyus it ſonipes motus clangore tubarum,
Sed nihil aſſequitur, penſo deluſus ab orbe,
Quem duo patroni celeres per prata ſequuntur,
Alter ab illius dextrâ citò corripit haſtam.
Tunc venit in medium Sponſus Comes ipſe Georgus, Quartus curſus.
Cornipedem curſu penſum flexurus ad orbem,
Oſtro ipſe ac ſonipes oſtro, totamq; per auram
Purpura ſidoneis aurata renidet ahenis,
Criſta ſuper frontem alipedis: pariliq; decoris
Floricomæ in cauda fulgeſcit lamina criſtæ,
Et phaleræ virides, & ſella tapete rubeſcit:
Quàm primùm tubicen cornu æripediq; curuli
Accendit mentes: Sponſus volat ocyor euro,
Perq; citum decurrit equum: ſed ab orbe recedit
Deuius: & vacuâ pendentem linquit in aurâ,
Quem duo patroni curſu comitantur eôdem,
Corripit à Sponſo rubicundam protinus haſtam:
Adq; Gynæceium veniunt: & ſemper honorem

Exhibuêre parem mulieribus atq; puellis,
Quæ tum ſpectatum bipatentibus ora feneſtris
Exeruêre ſimul, vultu ſpectentur vt ipſæ.
Voluitur interea cœlum, ruit Oceano nox,
Heſperus ibat equis: rutilis à montibus altis
Certando feſſæ, feſſæ ſpectando cateruæ,
Magnanimiq; viri: ludis iam ritè peractis.
Ordine tunc omnes caueæ vacua æquora circum
Frenatis in equis procedunt, terq; reuerſi,
Deſeruére locum, & ludo cepêre quietem,
Inq; Hechingenſem venerunt protinus aulam:
Subſequitur coniux nitidis inuecta quadrigis
Franciſca, & reliquæ tres pulcra fronte puellæ,
Atq; ibi ſe recreant geniali munere cœnæ,
Nimirum egregijs eſcis, ſapidoq; Lyæo.
Delitias illic potuiſſes cernere miras.
Ergò vbi nunc expleta fames, menſæq; remotæ,
Præmia tempus erat victori parta ferendi:
Quattuor ingreſſi Comitis cœnacula Sponſi
Zollerij: lituos inflantes æra tubarum,
Quos duo patroni ſceptris de more duobus,
Suprà quos memoro, lituo comitantur ouantes,
Heinricus dapifer, Vvalpurgæ ſtirpis Eliſam
Rhenigenûm Dominam ducens, Sponſæq; ſororem,
Cum Fyrſtenbergo Friderico, vt præmia reddat
Cuilibet, emeritam præſtanti laude coronam.
Hic igitur primi meritò redduntur honores
Fridrico illuſtri Badana ſtirpe Georgo,
Et meritò, orbiculum quoniam contendit ad altum,
Atq; illum certâ princeps tulit impiger haſtâ.
Altera victori conceſſit præmia Ebhardo

Inclinatio diei, & veſpi aduent⁹.

Ludorum finis & ceſſatio.

Cœna nuptialis die Iouis poſita. Præmiorum diſtributio.

Heinricus dapifer à Vvalpurg. Eliſabeth Comitiſſa Rhenenſis, ſoror Sponſæ.

Rap-

Rappolsteinæo Comiti, cui florida serta
Franciscæ soror Elsa dedit, victricia signa:
Tertia dona dedit Iudex, tibi nempe Lemingo
Emmerico Comiti, magna cum laude coronam:
Contribuit quartam Sponso pia virgo corollam,
Ille quòd intererat Comites ornatior omnes.
Vltima Fridricus Comes abstulit acer Itellus
Præmia virtutis, rutilantia serta coronę,
Iamq; adeò donati omnes & honore superbi,
Puniceis ibant euincti tempora ramis.
Posthæc nocturnas iuuat exercere choreas,
Omnes laruati choreas & carmina ducunt,
Ne quis saltantum Dominorum discere vultus
Fortè queat, certis oscillis quilibet vsus.
Tandem finis erat ludorum tripudiantum
Ducentumq; choros: fide cantantumq; choreas,
Discedunt omnes, fessosq; laboribus artus
Componunt molli per stragula picta quieti.
Ipse etiam Sponsus chara cum coniuge sacrum
Limen adit thalami: quem molli amplexa lacerto
In gremio fouet, & charum vocat ipsa maritum,
Mutua cum castis amplexibus oscula miscent.
Sic omnes Comites fessi requiete quiescunt.
Solus ego insomnem traduxi hoc tempore noctem,
Peruigil obsessam mecum vigil obtinet aulam.

Emmericus Comes à Leyminge.

Sponsi præmium causa ornatus.

Patris præmium virtutis.

Choræa post cœnam.

Discessus Dominorum in lectum & quietem nocturnam.

Custodia & vigiliæ.

LIBER SEPTIMVS DE NVPTIIS ZOLLERIANIS.

VEnerat octaui tandem lux alma diei,
Quemlibet ad patrios rursum iubet ire penates,

Postquam

Postquàm regales epulæ, festumq; peractum,
Primus ab Hechingâ legatus cesserat vrbe,
Brandenburgiaci Ioachimi principis alti:
Ille Iacobus erat dictus Vvurmserus Ianus.
Alter eum sequitur Simaringæ Carolus aulæ,
Inclytus à Zollern Dominus, discessit equestri
Ordine cum toto, postquàm valedixerat omni
Zolleriæ genti, felicia quæq; precatus.
Quem duo Truschsæssi fratres comitantur ouantes,
Heinricus Dapifer: frater Frobenius alter,
Coniugibus placidis abierunt, ambo receptis.
Postea legatus Sponso valedixit, abitq;
Vvirtenbergensis Vvellingius ille Sebastus
Nobilis: & patriæ vir consiliarius aulæ.
Schornstadiâ sequitur legatus Carolus orâ,
A Durlacensi Friderico principe missus,
Quando Fridrico multum valedixit Itello,
Et Sponso multas dixit pius ille salutes:
Hi tantùm Veneris discedunt luce dieq;.
Interea tubicen rauco dedit ore canorum
Concentumq; grauem; reliquos vocat intus in aulam,
Vt capiant læti cum Sponso prandia & escas
Appositas mensis genialibus, arte paratis.
Ergò vbi demta fames, nec non sitis omnis abacta
Hospitibus cunctis, epulæ mensæq; remotæ:
Assurgunt omnes, iam iam lustrare parati
Gramineum campum, lætosq; errare per agros
Sublimes in equis, nec non versare per orbem
Cornipedes agili cursu, volucresq; caballos.
Quilibet hîc conscendit equum: gressusq; recuruat,
Quadripedem celerem ferrata calce fatigans,

Discessus & abitus legati Brandenburgici Iohannis Iacobi Vvurmseri, &c.

Discessus à nuptiis Zollerianis Caroli Comitis à Zollern & Domini in Sigmaringẽ cum Dapiferis à Vvalpurg.

Discessus legati Vvirtenbergici Sebastiani Vvellingii viri nobilis & consiliarii prĩcipis vnà cũ Durlacensi legato.

Prandium die Veneris appositum.

Exercitium ludorum à prandio.

Atq;

Atq; adeò quiuis pensum decurrere ad orbem
Pronus adest, certatq; nouos acquirere honores.
Non tamen hesterno laruati more, caballis
Insedêre suis: sed aperto lumine ludunt.
Iam labor exiguus Phœbo restabat, & alto
Hesperus ibat equo, cùm cœnam, epulasq; frequentant,
Currendo fessi, ludis de more peractis.
Tum litui clangunt, & tympana verbere pulsa
Alterno insultant, hilarem dat buccina cantum.
Illi intrant omnes Comitis cœnacula læta,
Et se quisq; parat tepidis accumbere mensis;
Dant manibus lymphas pueri: dat voce sacerdos
Atq; preces fundit, tacito simul ore sequuntur,
Quotquot erant ibi præsentes, mensisq; locati.
Interea famuli Comitis, reliquiq; ministri
Cœnam ornant, gestantq; dapes, & fercula ponunt,
Omnes accumbunt epulis, genialibus omnes
Vtuntur læti dapibus, frontemq; serenant.
Finitâ cœnâ: communi sede resurgunt
Mente hilares, plaudunt manibus, repetuntq; choreas,
Et tandem fessi consueta cubilia quærunt.
Crastina lux oritur Saturno sacra senili,
Ergò Gerolzeckâ Comes huc de sede vocatus,
Discessum tandem meditatur, & inde recedit:
Quem Thomas sequitur, Kriechingâ clarus ab orâ
Hospes, Onolzbaccho Friderico principe missus,
Discessit, placido Sponso valedixerat ore,
Fridricoq; patri multum benedixit Itello:
Ite bonis auibus, dixit Fridericus Itellus,
Zolleriæ Dominus custos fidissimus arcis,
Et nostri memores, veterem retinete fauorem,

Accubitus ad cœnam die Veneris.

Choreæ nuptiales à cœna.

Discessus & habitus Iacobi Comitis à Geroltzeck. Discessus legati Onoltzbacensis à Principe & Marchione Friderico, &c. Thomæ à Kriechinga.

Et veſtris dominis vos quæſo referte ſalutem
Legati noſtram, ſimul officiumq; paratum.
His dictis: iterum reliqui genialia ſumunt
Prandia, regali ſumtu luxuq; parata.
Brandium in die Sabbathi appoſitum.
Poſt epulas ſumtas domini, menſasq; remotas,
Conſurgunt omnes, opera ad venatica proni,
Retiaq; agglomerant, demtis rariſſima pilis,
Expediuntq; plagas, lato & venabula ferro.
Pars infrænat equos, pulcrisq; tapetibus armos
Exercitiũ venaticum à prandio.
Inſternit, comitq; iubas, manibusq; laceſſit,
Pectora pulſa cauis, verbisq; hortatur amicis.
Daſcriptio horti ampliſsimi Comitis à Zollern.
Hortus ad Hechingam latus, quàm proximus vrbem
Zollerium claudit montem, camposq; patentes,
Immenſum ſpacium, ſepto circundatus alto,
Campus vbiq; pyris, corylis, atq; ibice denſus,
Virgultisq; frequens luſtris, antrisq; ferarum.
Marchio Fridricus Badana ſtirpe Georgus
Conuentus principum & Comitum in horto Comitis.
Huc venit, & Sponſus, pater & Fridericus Itellus,
Et reliqui ſocij, cum fœmineo comitatu:
Quemq; ſuâ vigilem certâ regione reponunt,
Educuntq; canes ſecum, celeresq; moloſſos.
Tunc ſubitò voces magnis clamoribus edunt,
Exagitatio & indagatio ferarum à canibus venaticis & indagatoribus facta.
Dimittuntq; canes, per luſtra, per antra, per hortum,
Indagatores: lepores, ceruosq; fugaces
Qui ſubitò in latum poſſunt producere campum.
Mox ſubit è ſyluis præſtanti corpore ceruus,
Cornua lata ferens, ramis ſublimibus ingens,
Bis ſeptem ramis ceruus, præpinguis, & acer,
Illuſtriſsim⁹ princeps Marchio Badenſis Georgius Fridericus Traijcit ingentẽ præſtãti corpore ceruum.
Marchio quem ſequitur Fridericus, & impiger illum
Traijcit, emiſſo flammanti pondere maſſæ;
Labitur infelix miſerando vulnere ceruus,

Ex-

Expiratq; animam, tendens ſua crura repandus.
Talis magnanimus venator, & impiger heros,
Illuſtris princeps, Badanæ Marchio terræ.
Hinc lepores agitabantur de montibus altis,
Per valles imas, per luſtra, per antra, per hortum,
Latratuq; canum timidi per cuncta ruebant.
Cernere quod cunctis fuit oblectatio magna,
Tam dominis, quàm ſpectanti, ſimploq; popello.
Nam circumſeptum nuſquam euaſiſſe per hortum,
Aut alibi ſibi ſat tutos captare receſſus,
Sponte ſua capti lepores potuêre, nec extrà
Cum reliquis clauſis aliò contendere brutis.
His ita tranſactis, iterum cœnacula picta
Illuſtris Comitis, tectumq; illuſtre ſubintrant,
Vt ſolitos de more cibos, epulasq; benignas
Communi inſumant ſtudio, curasq; repellant,
Et tandem leuibus poſſint requieſcere plumis.
Nec mora: perfectis epulis; hinc inde per vrbem
Omnibus vna quies, & nox fuit alta ſopore;
Craſtina lux, ſolisq; dies, Octobris adortus
Nimirum octauus decimus, ſolemnis, & ille,
Quo ſacra tractabant omnes altaria iuxta
Vota, precesq; Deo multa pietate litârunt.
Ad ſolitas redeunt epulas, & prandia lauta.
Poſtea cedebant Hechingâ protinus vrbe
Leyningæ Comes Heinricus: comitante dynaſta
Hohenloënſi Friderico: & ponè ſequente
Ingenti turmâ, peditumq; equitumq; caterua,
Qui Sponſo, Sponſæq; ſacræ, ſoceriſq; ſalutem
Extremam dixêre: vale, ſalueq; dederunt.
Hinc reliqui domini ſcandebant ardua montis

Pulcrum ſpectaculum.

Lepores & cerui ſua ſponte ſemetipſos capiunt in horto Comitis.

Deſcriptio diei ſolis.

Diſceſſus Generoſi Comitis Hẽrici à Leyningen & Friderici Comitis Hohẽloënſis à nuptiis Zollerianis.

Culmina Zollerij, visuri nobile castrum,
Rupibus aërijs positum, scopuloq; vetusto,
Ex quo prospectus omnes patet altus in agros,
Quòcunq; aspicias oculis, quò lumina flectas.
Hoc ipsum dominis fuit admirabile visu,
Subiectos dum despiciunt hinc inde per agros,
Per valles imas, camposq; hinc inde patentes,
Atq; ideò summis posuerunt prandia castris.
Tandem descendunt Hechingam rursus ad vrbem,
Accumbunt cœnæ, veteri de more paratæ:
Surgentes, iterum geniales arte choreas
Instituunt, celebri pompâ, plausuq; secundo
Tripudiant hilares pedibus, manibusq; triumphant.
Interea seram producunt sydera noctem,
Et suadent somnos oculis, dulcemq; soporem.
Discedunt omnes, & dant sua membra quieti:
At vigil excubias agitat, portasq; reseruat.
Vltima lux oritur festiuæ crastina lucis,
Quæ iubet ad patrios omnes remeare penates.
Illustris princeps, Badana stirpe Georgus,
Marchio Fridricus, magna stipante caterua,
Discessum parat inde suum, cum coniuge charâ,
Et reliquis nymphis, simul innuptisq; puellis,
Matronisq; pijs, sibi sanguinitate propinquis,
Rhenigenûm dominis: quem ponè sequuntur euntem
Fridricus socer: Otho Comes: generosus Adolphus
Rhenigenûm dominus, totas iunxêre phalanges,
Et Sponso et Sponsæ valedicit quisq; ,sorori
Franciscæ, multùm; dicentes fausta salutis.
Cum primis autem pater hanc accessit amicis
Et placidis verbis: ceu Bathuel ore Rebeccam

Cœna nuptialis die solis apposita

Vniuersalis discessus omniũ hospitum nuptialiũ à nuptijs Zollerianis.

Affa-

Affatus placido, peregrinam vbi misit in oram,
Isaco tradens patriarchæ in fœdera lecti:
Sic illam amplectens, atq; vltima verba relinquens: *Mutua exosculatio & valedictio.*
Zollerio Domino nuptum data filia digno,
Traditur illustri (Friderico à patre) Georgo,
Franciscam alloquitur iam discessurus, & inquit:
Vincula casta foue: sic nulla decoris egena
Damna tibi eueniant, viridi sic flore iuuentæ
Viuas æternùm: & nunquam tua forma senescat.
Sic fatus: conscendit equum pater, inde recedens.
Vidisses mœrente genas hîc imbre madentes,
Et tristes abitus, fletus, lacrymasq; cadentes,
Franciscæ imprimis: quoties tamen illa Georgum *Consolatio & confirmatio mentis.*
Respexit dominum, se consolatur: & inde
Erexit mentem tristem, mœstumq; dolorem
Eijcit ex animo, noua gaudia Sponsa resumens.
Prosequitur socerum Sponsus: comitatur Itellus
Fridricus senior socios, ex vrbe petentes. *Comitatus ad eum locum, quo conuenerunt hilares, ibi tristes à semutuò discedunt.*
Adq; locum duxit (quò venerat ordo) priorem,
Quando salutatum sese Sponsamq; locârunt.
Ergò valedicunt, lachrymis ibi rursus obortis,
Gaudia cum fletu, cum Phœbo nubila miscent,
Discedunt tristes, hilares vbi nuper ouantes
Conuenêre Duces, Comites, sic omnia vertunt
Fata vices rerum: Phœbus post nubila surgit.
Talis erat finis, talis fuit exitus huius *Omnium rerum vicissitudo & mutatio est.*
Zollerij thalami, festiuæ lucis abactæ.
Tunc ego, qui primus fueram, postremus abiui,
Discessiq; domum, REVTLINGAM lætus ad vrbem, *Discessus M. Iacobi Frischlini, p. M. Encomastæ nuptiarum Zollerensium.*
Promittens Domino Sponso, quòd singula pulchris
Teutonicè transacta velim describere rhythmis.

Atq; offerre breui, quod feci: tempore paruo
Exhibui descripta meis ex tempore rhythmis,
Quos ego nunc verti versu sermone latino,
Et Comiti à Zollern mea carmina dono Georgo
Iohanni, Sponso: mihi fautoriq; benigno:
Et tibi Fridrico patri, cognomine Itello,
Transmitto nostram (quamuis sit rustica) Musam,
Et tenuem, nostrum munus leuidense, Mineruam,
Principiò quibus inscripsi mea metra patronis,
Vt mea defendant, quæ scripsi carmina, rhythmis
Teutonicis, & quæ socio donata latino,
Contra mendaces momos, hominesq; bilingues,
Singula qui carpunt, bona seu mala carmina fingas.

Omne promissi cadit in debitum

Tutus ab inuidia nemo est, à dente Theonis, Nemo, sed ingenui spernunt te Zoile vates.

CONCLVSIO.

A Te principium deduxit carmen honestum,
CHRISTE DEI PROLES: æterna parentis imago;
Desinet hoc in te: tibi laus & gratia soli:
Omnia seclorum per secula mille priorum,
Et nunc & reliquo tempore semper, AMEN.



EPI-

EPICEDION
in mortem
ILLVSTRIS ET GENEROSI DOMINI, D.O. IOACHIMI COMITIS DE MONTE SANCTO, FYRSTENBERGENSIS, ET

Vverdenbergenſis, Comitis prouincialis ditionis Baaræ, & Domini in Hauſen, vallis Kynzianæ, &c. ſacræ Maieſtati Cæſariæ à conſilijs, qui placidè in Chriſto obdormiuit 20. die Octobris, Anno 1598.

FELICIS MEMORIÆ ET RECORDATIONIS ergò ſcriptum, &

ILLVSTRI AC GENEROSO DOMINO, D. FRIDERICO COMITI FYRSTENBERGENSI, ET VVERDENbergenſi, in monte ſancto: & Comiti prouinciali ditionis Baaræ, &c. Romano Imper. à conſilijs, ſucceſſori ac hæredi legitimo, Domino meo clementi ſacratum & dicatum,

A

M. IACOBO FRISCHLINO Balingenſi, Poëta & Hiſtorico wirtenbergico.



POstquàm cuncta suum repererunt ordine finem,
Et lætas hymenæi epulas, festumq́; iugale
Lætitia ingenti, plausuq́; egêre secundo:
Post gaudia luctus: post tristia nubila phœbus. En subitò tristi miscet DEVS omnia luctu,
Ne tantos inter plausus, & gaudia Bacchi
Vlla securæ capiant obliuia mortis.

Tertia lux gelidam cœlo dimouerat vmbram,
Fama volatilis. Nuncia fama volans Hechingæ mœnia complet,
FYRSTENBERGIADEN, sancto de Monte, vetusta
Vverdenbergæâ Comitem de stirpe trahentem
Excelsum nomen, quem Cæsaris aula Rudolphi
Suspicit, affixum lecto, morboq́; iacentem,
Occubuisse virum IOACHIMVM; morte solutum.

Accenso rumore vias, epulisq́; relictis,
Filius ingreditur, Lvx martis cœperat esse,
Quadrupedemq́; citum ferrata calce fatigát,
Tecta redux ad auita volat, vix membra mouentem
Repperit ægrotum, mortemq́; instare tremiscit:
Affatur gnatum, verbisq́; salutat amicis:
In tempore venire est rerum omnium primum. Expectatus ades, non expectatior vnquam,
O fili dilecte, mihi deflebile fatum,
Nec spes vlla manet vitæ, certissimus exit
Terminus, in Domino vixi, mea fata subibo:
Iam mihi dulce mori; & nostro conuiuere Christo,
Interea succede patri, dignissima proles,
Hunc montem successor habe, mea ditia sceptra
Valedictio parentis ad filium. Accipe: sis facilis plebi, populoq́; benignus,
More patris: viduam mœstam complectere matrem,
Regna relinquo libens: sed regna capesso salutis
Æternæ, mi gnate vale; vale, inquit, abitq́;

Spiri-

Spiritus, ætherias cœlorum poſſidet arces.
Exoritur luctus, fletus, lachrymæq́; cadentes
Cernuntur crebræ Sacrati Montis in aula.
Hîc, vbi marmoreum precioſo pariete templum
Cernitur extructum, Ioachimi membra recondunt,
Quem pater omnipotens ſoletur, & excitet illum
Chriſtus: vbi finis venit, & lux vltima Mundi.

Locus ſepulturæ.

Hinc nato Comiti Friderico in ſceptra locato
Optima quæq; precor: longos ſis Rector in annos.
Accipit ille fidem: iurant firmantq́; coloni,
Obſequium ſeſe cum relligione daturos.

Gratulatio ſucceſſori filio & hæredi legitimo.

Nuncius Hechingam accelerat, mortemq́; recenſet,
Omnes dant gemitus, & triſtia carmina fundunt,
Eytelius Fridericus, & aggemit inclyta proles,
Cum Sponſa: cecidiſſe dolent, animæq́; ſalutem
Communi luctu, communi ex ore precantur.

Votum pium & Chriſtianum.

Vltima meta fuit vitæ ſic. Aſpera fata
Lætitiæ miſcere ſolet Deus, arbiter æui:
Poſt riſum ingentem lacrymæ voluuntur acerbæ,
Vt quoq; diſcamus, memores ſimul eſſe ſciamus,
Vita quòd hæc hominum ſit planctu plena frequenti,
Oceanusq́; mali, & fortunæ triſte baratrum.
Mors ſequitur tandem, poſt mille pericula rerum.

Quid ſit vita hominum.

Felix, ô nimium felix, quicunq; quietus
Emoritur, vitæ meliore potitur in aſtris.

O generoſe Comes, ſub humo poſt fata quieſce.
Non inerat faſtus, non vlla ſuperbia cordis,
Nec ſpreuiſti vllos: multos placidiſſimus annos
Vixiſti, faciliſq́; bonis: digniſſimus omni

Ioachimus Comes à Fyrſtēberg fuit vir humanus facilis, & affabilis omni.

Laude: viros doctos, callentes munera linguæ
Arsisti, quin vota Deo tua debita semper
Soluisti, extendens palmas: exaudijt ille
Fundentem verba, & casus miseratus acerbos,
Cui noti sunt vsque pij, quos Rector in astra
Excipit omnipotens, rediuiui ob munera Christi.
Qui solus nobis Moriendo restituit rem
In cruce: credenti æternam peperitq́; salutem.

Hic vnus rerum Dominus, nos esse beatos,
Extra Christum non est salus. Efficiat, cœlisq́; olim transmittat apertis,
Sit laus soli illi: laus vni, gloria trino,
Gloria non vllis intermoritura diebus.

A M E N.

EPITAPHIVM.

MOnte Ioachimus de Sancto conditur isto
In tumulo, Princeps, & pius ille Comes.
Fyrstenbergensi de sede creatus honôra,
Et VVerdenbergæ luxq́; Comesq́; domus.
Landgrauius Baaræ: dominus quoq; vallis amœnæ,
Per quam cum rapido flumine Kintza fluit.
Cæsareæ quondam vir Consiliarius aulæ:
Hoc busto recubat, pace quiescat; Amen.

DESCRIPTIONIS
NVPTIAR. ZOLLERENSIVM
FINIS.

IN

DESCRIPTIONEM NVPTIarum Zollerensium doctorum & clarissimorum virorum aliquot acclamationes & commendationes.

PIO, DOCTO, ET VARIIS ARTIBVS ERVDITO VIRO, M. IACOBO Frischlino, poëtæ & historico wirtenbergico salutem dicit

M. GEORGIVS OELMAYer Cantharopolitanus, verbi diuini minister in pago Vnderliningen, Præfecturæ Kyrchensis sub arce Teccensi.

QVid Frischline facis, Pieridum decus,
Subtiles latitans inter araneas?
Mio sodale fedele,
O fratello bono mio!
Cur tu non potius te studijs dicas?
Incumbisq́; bonis artibus & scholis?

Nobis sydere dextro
Vates qui es genitus bonus.
Quis te, quis melius, dic, pueros rudes
Informet? schola te cum pueris vocat:
Es nam Grammaticus tu,
Nec non Comicus es bonus.
Legi, quæ mihi tu carmina miseras
Rhythmis Teutonicis condita, næ bene,
Festo in Zolleriano,
Factis coniugibus nouis.
Quid dicam, placeant num mihi; tute scis
Autor, quòd placeāt: quin mage pignora
Nobis talia gigne,
Christus tempora proroget.
Quamprimùm Latias fac quoq; nuptias
Heroo videam conspicuas stylo,
Illustri Comiti quas
Dudum Teutonicè dabas.
Et da, conspiciam mox metra Sapphica
Flaccj, quæ numeris tu canis ac notis:
Et quid pergito semper
In lucem dare, nam potes.

Præ-

Præſertim cupio cernere quàm citò,
Legi nuper apud te quod opuſculum,
Nobis Teutone verſu
Et rhythmis bene conditum,
wirtenbergiaci quod Ducis optimi
Faſtos, nobilium Sueuiæ & inclytæ
Ludos continet: oro;
Clarum Heroa Deus foue: Amen.

IAMBICI DIMETRI, CATALECTICI, Rhythmici, M. Jacobo Friſchlino, amico ſuo ſuauiſsimo, ad ſuam ſcholaſticam functionem & vocationem reuerſo gratulatur

M. IOHANNES VVENDElinus Bauhofius, Schorndorffenſium Diaconus.

SVa vocatione,
Nulla auocatione,
Eſt cuique permanendum,
Ibique perferendum,
Si quid datur ferendum:
Si munus eſt docendi,
Si munus eſt regendi,
Domumque nutriendi.
Vir negligens aratrum
Fatum ſubibit atrum:
Non dignus, ecquis ille,
Cui ſint aratra mille,
Oues, bouesque, villæ.
Retrò pedem mouebas,
Sorti tuæ nocebas,
Auerſus: at reuerſus,
Sed antè ſorte merſus,
Non hæc aranearum
Quin ſceptra iam ſcholarum
Manu tua capeſſe,
Ludo tuo quieſce.
Doctos fac arte verſus

Es clarus, atque tersus,
Feliciore vena,
Iocis, locisq; plena.
Contexe nuptiarum
Telas Zolleriarum,
Frischline: windelini
Versus erunt amœni:
Putabis, esse Lini.

IN NOVI ANNI M. D. C. *felix auspicium,*

DOCTISSIMO VIRO, M. Iacobo Frischlino, Poëtæ suauissimo & humanissimo scripsit hoc M. Balduinus Burg, S. S. Theologiæ Studiosus, Cal: Ianu: anno 1600. Vraci.

O Frischline, decus nouem Dearum,
Corpus cuius habet graui canenda
Versu pectora, & vsque & vsq; plena
Et virtutis & eruditionis:
Quod præsens thalami probat poëma,
A Zollern Comiti bono sacratum.
Nunc nouum intulimus pedes in annum
Salui; ergò quid agi decet? perennes
Grates quisque Deo sonet, precesque
Supplex quisque suas ad astra voluat,
Sani vt quem attigimus, Deus videre
Porrò nos sinat; hoc agis? quid hæret
Mens

Mens? iam ſicca tibi palata votis
Dolent: quæ auxilium medela confert?
Supplex ipſe meas ad aſtra voluo,
Sanus quem attigeras, Deus videre
Porró te ſinat: hoc ago: quid hæret
Mens? iam ſicca mihi palata votis
Dolent: quæ auxilium medela confert?
Hoc dicam Medicus: Liquor Falerni:
Noſtra ſi ora riget, reſanat ambos.
Sic inferre nouum pedes in annum
Salui quibimus, & ferire olympum,
Grates ſi dabimus precesq́; ſollers
Si ſit cura ſimul, fouere corpus.
O Friſchline, decus nouem Dearum,
Corpus cuius habet graui canenda
Verſu pectora, & vſque & vſque plena
Et virtutis & eruditionis:
Quod præſens thalami probat poëma,
A Zollern Domino pio ſacratum.

FINIS.

...ic ... psalmos penitentiales cum oro[n]ibus ... ympnus
dominica [illegible] que sequitur ad salutandum

O [illegible] nos crucē
[illegible] passionem hodie
... die dedicabitur futurae lux ...
ut quo die hominem condideras eo
eum per reformares Crucem nos
...os atque peccatores coram hoc
signaculo crucis confitentes et
deprecantes ut huius venerabilis et
vitalis ligni tuitione muniti ...
hostis nequissimi ignea tela re...

O [illegible] nobilis [illegible]
fronde florem germine [illegible]
nos clavos [illegible] pondus sustinet [illegible]
Pange lingua gloriosi [illegible]
et super crucis trophaeum dic triumphum nob[ilem]
[illegible] redemptor orbis [illegible]
tus vicerit Dulce lignum [illegible] O [illegible]
[illegible]
[illegible] morsu [illegible]
[illegible] tunc [illegible]